

Innocentius eps servus servorum dei. Dilectis filiis. Potestati et Consilio Januensi. Salutem
et apostolicam benedictionem. Quoniam graviter in multis offenderint nos Pyrenaei, praesertim in facio Sar-
diniae, contra dilectum filium nobilem virum Trasmundum consobrini nri, vna sicut
credimus discretio non ignorat. Sperantes autem quod vos erati personam nram et Romanam
ecclesiam fidem et devotionem non solum servare sed etiam ampliare velitis, prudentiam
vram rogamus attentius, et monemus, quatinus cum eidem consobrino nro denuo
firmatis in mandatis, ut ad Civitatem vram quamvis venire festinet, vos pro ipso
succedendo opportunum navigium destinatis, quoniam ipso praesente, talia faciemus tractare
vobiscum, quae vno studio mediante, ad honorem et profectum vrm magnifice re-
solvantur. Datis Rome apud sanctum Petrum
vii. Idus. Januarii. Pontificatus nri. Anno Nono.

Illustrazione della pagina precedente:
ASGe, *Archivio Segreto, Materie politiche*, 2722, doc. 10.

1198 marzo 21, Laterano

<Innocenzo III> – secondo quanto già fatto dai suoi predecessori Adriano IV, Alessandro III, Clemente III e Celestino III – riconferma all'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, i privilegi dei quali la Chiesa pisana godeva grazie alle concessioni emanate da papa Innocenzo II: la metropoli sulle sedi di Civita e Galtellì, nel giudicato di Gallura in Sardegna, e sulla sede di Populonia in Toscana; così come la primazia sulla provincia ecclesiastica di Torres. Conferma inoltre il primato sulle province ecclesiastiche di Cagliari e Arborea, concesso da Alessandro III. Conferma infine la legazia su tutta l'Isola, già concessa da Urbano II – e riconfermata da Innocenzo II, Eugenio III, Anastasio IV e Celestino III –. L'arcivescovo è autorizzato a convocare i vescovi a concilio e a correggerli in questioni di dottrina. Può esercitare liberamente il suo diritto primaziale, ma non può convocare a Pisa gli arcivescovi di Cagliari e Arborea senza prima aver ottenuto l'esplicito consenso del pontefice.

O r i g i n a l e [A]: ASPi, *Atti pubblici*, 1198, marzo 21. C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 4*, ff. 14v-15r, ep. 56. Sul margine destro, all'altezza dell'intestazione: «*de confirmatione Turritane, Calaritanæ et Arborensis provinciarum primatus*». In [R], il documento non è datato, per la datazione si veda [A], che riporta anche l'*intitulatio*, l'*inscriptio*, la *sanctio*, l'escatocollo e le sottoscrizioni. Per la presente edizione si è effettuata la trascrizione del testo del Registro vaticano e la si è integrata con il testo di [A].

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 3, 24, 100.

E d i z i o n i : UGHELLI, *Italia Sacra*, III, coll. 409-410, datato 25 marzo 1198; CDS, I, XII, doc. CXLIV, p. 279, data come Ughelli; MIGNE, 214, doc. LVI, coll. 49-50, inserito senza data tra i documenti del 1198; HAGENER, I, doc. 56, pp. 83-85, datato <1198, 15-31 marzo, Laterano>.

R e g e s t i : POTTHAST, I, n. 516, p. 49, datato Laterano <20 settembre – 20 dicembre> 1198; CATUREGLI, p. 482 nn. 417 e 418; SCANO, I, doc. I, pp. 3-4, datato Laterano 21 marzo <1198>.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili fratri Ubaldo^{1a}, si sua cuique iura illibata servamus, et eos qui in Ecclesia Dei pro iniuncto sibi officio et devotione sincera plus aliis elaborant digne retributionis vicissitudine diligentius ac specialius

1. ^a *Sin qui A*, in R Hubaldo, Pisano archiepiscopo, eiusque successoribus canoni-

1. ¹ Ubaldo, forse della famiglia Lanfranchi, arcivescovo di Pisa dal 1176 al 19 giugno del 1207: VIOLANTE, *Cronotassi* pp. 51-52.

honoramus, quod nostrum est iuxta commune debitum, sicut debemus, exequimur et apostolice Sedis honorem integre custodimus.

Proinde, cum felicitis memorie predecessor noster Innocentius² papa de discordia et guerra, que inter Pisanam et Ianuensem civitates extitit, multas hominum clades et christianorum captivitates innumeras provenisse considerans, utriusque partis^b saluti tam spiritualiter quam temporaliter paterna sollicitudine studuerit providere atque pro bono pacis et recompensatione episcopatum, quos utique a predecessoribus nostris Romanis pontificibus Ecclesie Pisane concessos in insula Corsice a predecessore tuo bone memorie archiepiscopo Uberto³ accepit, in Galurensi iudicatu duos episcopatus, Galtelinensem^c videlicet et Civitatensem, et Populoniensem episcopatum sibi eiusque successoribus et per eos Ecclesie Pisane concesserit et metropolitico iure subiecerit: nos, qui in Sedis apostolice amministrazione licet indigni disponente Domino sibi successimus, eandem concessionem, antecessorum nostrorum bone memorie Adriani⁴, Alexandri⁵, Clementis⁶ et Celestini⁷ paparum vestigiis inherentes, auctoritate apostolica confirmamus et ratam manere censemus. Predecesso-

ce substituendis in perpetuum ^b *In R* parti ^c *Hageneder*: Galtelinum

² Innocenzo II (1130-1143) il 22 aprile 1138 ampliò la provincia ecclesiastica di Pisa, guidata in quel momento da Baldovino (1138-1145), con le diocesi di Civita e Galtellì, nel giudicato di Gallura, e con la diocesi di Populonia. Nella stessa occasione concesse alla sede pisana la primazia sulla provincia ecclesiastica di Torres; *IP*, X, p. 476 n° 44; per la datazione RONZANI, «*La nuova Roma*», *Pisa, Papa e Impero*, p. 69; cfr. TURTAS, *L'arcivescovo di Pisa*, p. 206.

³ Uberto, arcivescovo di Pisa (1133-1137): VIOLANTE, *Cronotassi*, pp. 39-42.

⁴ Adriano IV (1154-1159) riconfermò il privilegio di Innocenzo II con bolla del 31 maggio 1157: *IP*, III, p. 326 n° 36.

⁵ Alessandro III (1159-1181), riconfermò il privilegio di Innocenzo II il 26 gennaio 1162; l'11 aprile 1176, concesse all'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, l'ampliamento dei precedenti privilegi con la concessione della primazia anche sulle archidiocesi di Cagliari e Arborea; *IP*, III, p. 327, n° 38 e n° 42 e X, p. 384, n° 50; cfr. TURTAS, *L'arcivescovo di Pisa*, p. 219.

⁶ Clemente III (1187-1191) riconfermò i privilegi concessi da Innocenzo II e Alessandro III con bolla del 7 gennaio 1188: *IP*, III, p. 329 n° 53.

⁷ Celestino III (1191-1198) riconfermò i privilegi di Innocenzo II e Alessandro III con bolla del 5 febbraio 1192: *IP*, III, p. 329 n° 54.

rum quoque nostrorum vestigiis inherentes, vobis primatus honorem Turritane provincie confirmamus.

Ad maiorem etiam honoris cumulum Pisane civitatis, ut Pisana Ecclesia cum universo eiusdem civitatis populo in fidelitate atque devotione sacrosancte Romane Ecclesie iugiter perseveret et in ipsa cotidie augmentetur, pro devotione quoque et honestate tua, frater Ubalde, Pisane archiepiscopo, personam tuam et per te Pisanam Ecclesiam ampliori^d munimine volumus decorari. Tibi ergo tuisque successoribus primatum super Calaritanam et Arborensem provincias datum concedimus et auctoritate Sedis apostolice confirmamus: ita quidem, ut eos ad concilium vocandi, excessus eorum corrigendi et in doctrina apostolica confirmandi atque cetera omnia, que ad ius primatus pertinent, in eos exercendi habeatis liberam facultatem. Verumptamen supradictarum duarum provinciarum archiepiscopos ad concilium non vocabitis Pisas sine conscientia Romani pontificis. Super Turritanam vero provinciam dignitatem primatus, sicut a predecessoribus nostris Ecclesie Pisane concessum est, habeatis.

Legationem quoque Sardinie a predecessore nostro papa Urbano⁸ predecessoribus tuis concessam et felicitis memorie Innocentii⁹ et sancte recordationis Eugenii¹⁰ atque Anastasii¹¹ et Celestini¹², Romanorum pontificum, privilegiis in perpetuum roboratam tibi tuisque successoribus presentis scripti pagina confirmamus et confirmationem ipsam ratam et inconvulsam perpetuis temporibus decernimus permanere.

Denique, ut pisana civitas, que favore celestis numinis de inimicis christiani nominis victoriam frequenter obtinuit et eorum urbes plurimas subiugavit, amplius honoretur, equo albo cum nacho albo in processionibus utendi et crucem, vexillum scilicet

^d *In R* amplioris

⁸ Urbano II (1088-1099) concesse la legazia *ad sedem* sulla Sardegna al vescovo di Pisa Daiberto tra il 1088 e il 1098, anno della partenza di quest'ultimo per la prima Crociata: *IP*, III, p. 321 n° *11; cfr. TURTAS, *L'arcivescovo di Pisa*, p. 190.

⁹ Cfr. *supra* nota 2.

¹⁰ Eugenio III (1145-1153) riconfermò la legazia *ad sedem* con bolla del 29 maggio 1146: *IP*, III, p. 325 n° 29.

¹¹ Anastasio IV (1153-1154) riconfermò la legazia *ad sedem* con una bolla andata perduta: *IP*, III, p. 326 n° *34.

¹² Cfr *supra* nota 7.

Dominicum, per subiectas vobis provincias portandi et per spatium illud Vulterranensis episcopatus, quo de Pisano episcopatu ad Populoniensem^e transitur, tibi tuisque successoribus licentiam damus. Pallii quoque usum fraternitati tue concedimus, ut vide licet eo secundum consuetudinem Pisane Ecclesie perfruaris et in consecrationibus trium episcoporum in Corsica, Aleriensis vide licet, Aiacensis et Sagonensis, ac predictorum duorum in Sardinia et Populoniensis^f episcopi, quorum metropolitanus existis.

Si qua igitur in futurum^g ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisve sui dignitate careat, remque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, atque in extremo examine, divine ultioni subiaceant cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax, Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem praemia eterne pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus ss. Ego Octavianus Ostiensis et Velletrensis Episcopus ss. Ego Iordanus presbyter Card. tit. Pastoris ss. Ego Iohannes tit. S. Clementis Card. Viterbensis et Tuscanensis Episcopus ss. Ego Guido Presb. Card. tit. S. Marie Transtyb. tit. Callisti subscripsi. Ego Ugo Presb. Card. tit. Equitii S. Marie ss. Ego Iohannes tit. S. Stephani in Celio Monte ss. Ego Seffredus S. Praxedis Presbyter Card. ss. Ego Gratianus SS. Cosme et Damiani Diac. Card. ss.

Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Pape notarii cancellarii XII Kalendas Aprilis, indictione prima, incarnationis Dominice anno 1198, pontif. nostri anno I.

^e *In R Populonensem*
 persona...nostri anno I A

^f *In R Populiensis*

^g ecclesiastica, secularisve

*2

<ante 1198 agosto 11>

<L'arcivescovo di Arborea, Giusto, e il presbitero arborense Pietro de Staura si recano presso la Sede apostolica per testimoniare di fronte al papa sulle controversie che vedono opposto lo stesso arcivescovo al proprio capitolo>.

Che i due ecclesiastici si siano recati presso la Sede apostolica è ricavabile dalla lettura del n° 3, dove – scrivendo agli arcivescovi di Torres e Cagliari e al vescovo di Sorres per incaricarli di svolgere un'inchiesta sulla vicenda che vede coinvolti l'arcivescovo di Arborea e il proprio capitolo – Innocenzo III afferma che «ipse archiepiscopus et Petrus de Staura presbyter ex parte capituli ad nostram [di Innocenzo] presentiam accessissent».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 98.

3

<1198> agosto 11, Rieti

<Innocenzo III> informa gli arcivescovi di Cagliari e Torres e il vescovo di Sorres che l'arcivescovo di Arborea, <Giusto>, e il presbitero arborense Pietro de Staura si erano recati presso la Sede apostolica per cercare di risolvere le controversie che vedevano opposto lo stesso arcivescovo al proprio capitolo. Pietro de Staura, rappresentante del capitolo, aveva accusato <Giusto> di molti gravi reati: omicidio, spergiuro, torture, incantesimi, di aver appiccato incendi, di aver pronunciato delle scomuniche senza motivo, di aver permesso al proprio nipote di vendere un suo servo cristiano ai saraceni della Sicilia.

L'arcivescovo si era difeso raccontando gli ultimi avvenimenti che avevano caratterizzato la storia del giudicato: a partire dalla occupazione dell'Arborea da parte dello scomunicato giudice di Cagliari, Guglielmo di Massa, con il conseguente imprigionamento del giudice legittimo, <Pietro> e di suo figlio, <Barisone>. <Giusto>, genovese, era dovuto scappare dal giudicato, e in sua assenza il marchese di Massa aveva defraudato la Chiesa arborense di buona parte dei suoi beni, mentre il capitolo e i suffraganei dell'archidiocesi decidevano di confermarne solennemente il potere sull'Arborea. Tempo dopo, tornato presso la propria sede, <Giusto> aveva rimproverato i canonici per quell'atto che, secondo lui, avevano compiuto in danno dei diritti della Sede apostolica. Per tutta risposta i canonici, in combutta con il giudice di Cagliari, lo avevano denunciato alla stessa Sede apostolica, ma, passati due mesi, pentitisi, si erano accordati con l'arcivescovo. All'arrivo in Sardegna del legato pontificio,

l'arcivescovo di Pisa <Ubaldo>, però, i canonici si erano rivolti a questi per ottenere un'incriminazione di Giusto, che chiese di avere un avvocato, senza riuscire ad ottenerlo; anzi, la persona da lui scelta per svolgere questo ruolo aveva subito un tentativo di omicidio da parte dei Pisani. Costretto a sottoporsi al giudizio dell'arcivescovo pisano, <Giusto> aveva respinto tutte le accuse e, temendo l'ammissione alla testimonianza di falsi testi prodotti da Guglielmo di Massa – mentre venivano rifiutati i suoi testimoni contro Pietro de Staura –, si era appellato a sua volta alla Sede apostolica. Per tutta risposta, <Giusto> aveva dovuto subire ulteriori soprusi da parte del giudice di Cagliari: era stato privato dei suoi cavalli ed era stato proibito a chiunque di accoglierlo su qualunque nave, affinché non si potesse recare presso la Sede apostolica; un ospedaliere che conservava alcune sue vesti era stato imprigionato; lo stesso <Giusto> aveva dovuto subire questo trattamento da parte del giudice di Torres, spinto da <Guglielmo di Massa>. Infine, liberato, non era riuscito ad ottenere la restituzione, seppure parziale, dei beni che appartenevano alla sua archidiocesi, anzi, due suoi chierici che portavano in dono due pani di cera alla casa dei Templari, furono derubati del dono.

Il pontefice incarica dunque i due arcivescovi e il vescovo di Sorres di indagare a fondo sugli argomenti esposti da Pietro de Staura e da <Giusto> d'Arborea in modo da poter giungere ad una sentenza che il pontefice si riserva di comunicare personalmente alle due parti coinvolte.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 4, ff. 87r-87v, ep. 329.

Cfr. doc. *2, e Introduzione, testo corrispondente alle note: 86-102.

E d i z i o n i : CDS, I, XII, CXLVII, pp. 280-281; MIGNE, vol. 214, doc. CCCXXIX^a, coll. 294-297; HAGENEDER, I, 329, pp. 477-480.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 343, p. 33; SCANO, I, II, pp. 4-6.

.<Ricco>. *Kalaritano*^b *archiepiscopo*, .<Augerio>. *episcopo Sorano*
et .<Bandino>. *electo Turritano*¹.

Cum pro controversiis, que inter venerabilem fratrem nostrum .<Iustum>². archiepiscopum ex una parte et dilectos filios cano-

3. ^a *Nel testo vi è un errore di stampa: CCCXXI, sta evidentemente per CCCXXIX*

^b *In R Kalatitano*

3. ¹ Cfr. APPENDICE I.

² Cfr. APPENDICE I.

nicos Arborenses verterentur ex altera, ipse archiepiscopus et Petrus de Staura presbyter ex parte capituli ad nostram presentiam accessissent, dictus P<etrus> presbyter archiepiscopum paratum se dixit in multis et gravibus accusare quem: super homicidio, periurio, excommunicatione, incendiis, incantationibus, lardatione hominis cum lardo et cera et quod a nepote suo . . . Sarra-
cenis de Sicilia vendi concessit Ecclesie sue mancipium christianum et aliis enormitatibus et capitulis volebat impetere adversus eum tempore congruo proponendis.

Verum, ipse archiepiscopus proposuit ex adverso, quod, cum bonis Ecclesie sue per nobilem virum Willelmum marchionem, iudicem Kalaritanum³, et complices eius esset minus rationabiliter destitutus, non tenebatur emulis respondere, qui cum predicto marchione spoliationem suam fuerant machinati, nisi esset antea restitutus. Quos etiam ab accusatione sua dicebat aliis rationibus repellendos. Unde autem predictos marchionem et canonicos adversus se commotos diceret extitisse, sequentia vos poterunt edocere: cum enim idem marchio, auctoritate quondam apostolice Sedis excommunicationis vinculo innodatus, nobilem virum <Petrum>^c, Arborensem iudicem⁴, et filium eius⁵ parvulum cepisset et nequiter carcerali fecisset custodie mancipari, eorum terra, quam ab Ecclesia Romana tenebant, per violentiam occupata, ipse archiepiscopus, quia natione Ianuensi erat, iram ipsius marchionis et qui secum erant metuens Pisanorum, ad partes alias declinavit. In cuius absentia marchio et fautores eius Arborensem Ecclesiam spoliaverunt in parte et suffraganei sui et clerici dicto marchioni, tunc excommunicatione notato, Arborensis terre sceptrum sollempniter concesserunt. Verum, cum tempore procedente idem archiepiscopus ad Ecclesiam suam reversus prefatos clericos de eo, quod, ut sibi videbatur, in contemptum apostolice Sedis fecerant, redargueret^d, nec vellet sine mandato apostolice Sedis prefatum marchionem habere patronum, timentes, ut credebatur, clerici, ne coram ipso archiepiscopo de sua possent incontinentia conveniri, contra eum cum dicto marchione sedi-

^c In RA, evidentemente un errore del copista ^d In R redarguere

³ Cfr. APPENDICE 2

⁴ Cfr. APPENDICE 2.

⁵ Cfr. APPENDICE 2

tionem fecerunt, quem nichilominus in populo diffamantes per duos de sociis suis ad Sedem apostolicam appellarunt. Sed duobus mensibus post elapsis penitentia ducti ab eo veniam postulant, remissis utrimque iniuriis in ipsius gratiam redierunt. Cum autem postmodum venerabilis frater noster .<Hubaldus>. Pisanus archiepiscopus⁶, legatus Sardinie, illuc venisset, prefatus P<etrus> de Staura, clericus arborensis, procurator a capitulo constitutus, super remissis convitiis^e dictum archiepiscopum ad Sedem apostolicam appellavit. Sed in presentia dicti Pisani archiepiscopi^f, partibus constitutis, cum canonici Arborenses ibidem vellent suum archiepiscopum convenire ne responderet provocationis beneficio^g eis se tuentem, renuntiantes appellationi quam fecerant, quod nollent habere papam nisi Pisanum archiepiscopum responderunt. Cum autem coactus ab eodem archiepiscopo, ut adversariis responderet, et securitatem sibi a marchione dari ac suis peteret et etiam advocatum et id obtinere non posset, ad commune appellationis remedium convolvit. Postea vero Pisani facientes in eum impetum, quem petierat advocatum, ipsum occidere voluerunt. Compulsus tandem a se//pedito Pisano archiepiscopo, appellatione salva quam fecerat, excludendo P<etrum> memoratum tamquam minus idoneum, respondit, quod eum non posset ullatenus accusare, et hoc in continenti constare poterat ut dicebat, et quoniam iamdicti marchionis et suorum instinctu falsos contra se testes timuit introduci et memoratus Pisanus archiepiscopus laicos testes bone opinionis et fame contra P<etrum>, adversarium suum, admittere recusabat, denuo propter premissa gravamina coram maiore parte prelatorum Sardinie Sedem apostolicam appellavit. Et cum apostolos ab antefato archiepiscopo postulasset, et ut compelleret marchionem, ne impediret eum, quominus posset de rebus archiepiscopatus sibi sumere necessaria, nichil horum potuit obtinere, quin immo postea fuit per marchionem ipsum equis propriis spoliatus; qui etiam inhibuisse dicitur, ut nullus eum in nave sua reciperet ad Romanam Ecclesiam accedentem, et hospitalarium quendam,

^e *MIGNE*: conviciis ^f *In R* archiepiscopi Pisani, per l'inversione cfr. *HAGENEDER*, nota *b-b*. ^g *In R* provocationis beneficio responderet, per l'inversione cfr. *HAGENEDER*, nota *i-i*.

⁶ Cfr. doc. 1, nota 1.

qui habebat vestes ipsius archiepiscopi commendatas ad tempus, fecit in custodia detineri, apponens etiam iniquitatem iniquitati⁷, per iudicem Turritanum eum capi fecit et arcto carceri mancipari, longo tempore compedibus ferreis religatum. Testes etiam partis adverse post recessum suum dictus Pisanus archiepiscopus adversus eum proponitur recepisse. Postea vero, sicut Dominus placuit, liberatus, de rebus Archiepiscopatus, quas occupaverat marchio sepedictus, nichil potuit per Arborensem archiepiscopatum et per suum canonicum obtinere; quin potius duo de clericis suis post appellationem ad nos interpositam septem panes cereos, quos ad domum Templi mittebat, sibi per violentiam abstulere.

Quia vero neutra partium fidem nobis facere poterat de premissis, causam ipsam de voluntate ipsorum vobis duximus committendam, per apostolica scripta districte precipiendo mandantes, quatinus, si rem ita noveritis se habere, cum laicis super Ecclesiis et personis ecclesiasticis non sit attributa potestas, quicquid a sepedicto marchione et fautoribus eius in preiudicium prenominati Arborensis archiepiscopi vel Ecclesie sue noveritis attemptatum, denuntiantes penitus non tenere, ad faciendam sibi restitutionem plenariam prefatum marchionem et complices suos, omni contradictione et appellatione cessantibus, per censuram ecclesiasticam compellatis. Et, non obstante quod sepedictus Pisanus archiepiscopus, post appellationem ad nos interpositam et iter arreptum ad Sedem apostolicam veniendi, lite non contestata, presertim in criminali contra eum testes recepit, sicut ex insinuatione litterarum eius liquido intelleximus, super omnibus, que adversum se partes duxerint proponenda, etsi bona Ecclesie ipsius archiepiscopi tempore diminuta sunt vel etiam augmentata, vocatis ad vos qui fuerint evocandi, sine personarum acceptione⁸, solum Deum habentes pre oculis, servato iuris ordine inquiratis plenissime veritatem et usque ad diffinitivam sententiam remoto appellationis obstaculo procedentes, gesta omnia sub sigillorum vestrorum nobis testimonio transmittatis; certum terminum partibus assignantes, ad quem recepture sententiam nostro se conspectui representent testes, appellatione remota, cogantur. Provisuri, ne huius occasione discordie bona Arboren-

⁷ «apponens etiam iniquitatem iniquitati»: Salmi, 69 (68), 28.

⁸ «sine personarum acceptione»: 1 Pietro 1, 17.

sis Ecclesie ab alterutra parte per dilapidationis vitium distrahan-
tur.

Nullis litteris obstantibus, preter assensum partium *et cetera*.
Datum Reate, III Idus Augusti *et cetera*.

4

1199 gennaio 4, Laterano

Innocenzo III rinnova all'Ordine del monastero di Vallombrosa i privilegi e le concessioni già accordate allo stesso Ordine dai suoi predecessori. Tra le proprietà delle quali viene riconfermato il possesso vi sono i monasteri di, S. Michele di Plaiano, S. Michele di Salvennero e S. Michele di Erculentu, in Sardegna.

E d i z i o n i : LAMI, *Monumenta Ecclesie Florentine*, I, p. 553 e ss.; CDS, I, secolo XII, doc. CXLV. Viene qui riportato il testo edito da Lami, solo per le parti che interessano.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 3, 24, 39.

In Dei nomine amen.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Martino Abbati Monasterii Vallumbrosani, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus, Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre Religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, iustis postulationis clementer annuimus, et prescriptum Monasterium Vallumbrosanum, in quo divino emancipati estis obsequio, ad exemplar fel. rec. predecessorum nostrorum, Paschalis, Adriani, Alexandri, Lucii, Urbani, et Celestini, Romanorum Pontificum, quod pro B. Marie Virginia reverentia Deo dicatum est, in Romane Ecclesie proprietatem tutelam, et protectionem Apostolice Sedis suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, et D. Benedicti regulam, in eorum loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quaecumque bona idem Monasterium in presentiam iuste, et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis (prestante Domino) poterit adipiscii,

firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo predictum Monasterium situm est, cum omnibus adiacentis, et pertinentiis suis, Ecclesiis, et aliis, que ad idem Monasterium pertinere noscuntur:

[...]

Monasterium S. Pauli Pisani in Sardinia¹

Monasterium S. Michaelis de Plaiano²

Monasterium S. Michaelis de Salvenero in Arborea³

Monasterium S. Michaelis de Erculento⁴

[...]

Libertates, et immunitates a predecessoribus nostris felicitis rec. Victore, Gregorio VII, Urbano II, Paschale, Innocentio, Eugenio, Alexandro, Lucio, Urbano III atque Celestino⁵, Romanis Pontificibus vobis indultas, et usque ad hec tempora pacifice confirmatas, ratas habemus et eas auctoritate apostolica confirmamus. Porro fructum vestrorum Decimas, quos ubilibet propriis sumtibus, laboribusque colligitis, absque Episcoporum, vel Episcopaliu Ministrorum, seu etiam Plebanorum, contradictione cenobio vestro, et Conventualibus Monasteriis vestris reddendas, possidendasque sancimus; liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, et absolutos, e seculo fugientes, ad conversionem recidere, et eos absque contradictione retinere. Nulli quoque liceat aliquod vestre Religionis Monasterium a loci sui stabilitate revelle- re, ac movere, sine Abbatis et Congregationis communi consensu. Sancimus insuper, ut nulli Episcoporum fas sit in vos excommunicationis, vel interdicti sententiam promulgare, ut qui in speciales estis filios Apostolica Sedis assumpti, nullius alterius iudicum temere subeatis. Statuentes, ut omnium predictorum Mona-

4. ¹ La chiesa non si trova in Sardegna ma a Pisa, cfr. ZANETTI, *I Vallombrosani*, p. 37: «il monastero di S. Paolo pisano è stato finora annoverato tra quelli vallombrosani in Sardegna solo per un errore del Lami, ripetuto dal Tola».

² Nel giudicato di Torres, nell'attuale comune di Sassari.

³ Evidentemente un errore, S. Michele di Salvenero si trovava nel giudicato di Torres, nell'attuale comune di Ploaghe: TERROSU ASOLE, *Atlante*, p. 44.

⁴ In Arborea, diocesi di Terralba, nell'attuale comune di Arbus.

⁵ I pontefici Vittore II (1055-1057); Gregorio VII (1073-1085); Urbano II (1088-1099); Pasquale II (1099-1118); Innocenzo II (1130-1143); Eugenio III (1145-1153); Alessandro III (1159-1181); Lucio III (1181-1185); Urbano III (1185-1187); Celestino III (1191-1198).

steriorum Caput, quod in Vallumbrosa situm est Monasterium, habeatur. Sane cum terminus vite Pastori vestro, divina dispositione, contigerit, qui eius loco substituendus fuerit, quia vobis, et aliis omnibus preesse debet, omnium, qui ceteris presunt Monasteriis, consensu et iudicio eligatur. Quod si forte ex ipsis Abbatibus quilibet, Domino disponente, ad hoc generale regimen electus fuerit, ad vestrum predictum cenobium transeat, et eius mox iudicio, sicut in diebus ven. mem. Ioannis primi Abbatis vestri factum constat, cetera omnia unita vobis monasteria disponatur. Chrisma vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordines Clericorum, et Monachorum vestrorum, a quocumque malueritis suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et gratiam, atque communionem Apostolice Sedis habuent, et ea gratis et absque pravitate voluerit impertiri. Sepulturam quoque vobis liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti fuerint, nullus obsistat, salva iustitia illarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia illibata, et integra, conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione, concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi alicua fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus et hinc fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Iudicem premia eterne pacis inveniant.

Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Apostolice Ecclesie Episcopus S.

Ego Petrus Portuen. Et S. Rufine Episcopus S.

Ego Petrus Dei gratia Tituli S. Cecilie Presbyter Cardinalis S.

Ego Ioannis tit. S. Clementis Cardin. Viterbien. et Tuscan. Episcopus S.

Ego Guido Presbyter Card. S. Marie Transtiberim Tit. S. Callisti S.

Ego Ugo Presb. Card. S. Martini Tit. Equitis etcc. S.

Ego Cinthius Tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card. S.

Ego Siphredus Tit. S. Praxedis Presb. Card. S.

Ego Gratianus SS. Cosme, et Damiani Diac. Card. S.

Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Card. S.

Ego Nicolaus S. Marie in Cosmedin Diac. Card. S.

Ego Gregorius S. Angeli Diac. Card. S.

Ego Bobo S. Theodori Diac. Card. S.

Ego Ugo S. Eustachii iuxta Templum Agrippe Diac. Card. S.

Ego Gerardus S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. S.

Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Pape Notarii, Cancellarii vocem agentis, II Nonas Ianuar, Indict. II Incarnat. Dominice anno MCXCVIII Pontificatus vero Domini Innocentii PP. III anno primo.

*5

<ante 1200 ottobre 17>

<Alcuni canonici turritani, in rappresentanza del capitolo, si recano presso la Sede apostolica per chiedere la conferma della traslazione di un Anonimo sulla cattedra arcivescovile di Torres.>

Che alcuni canonici si fossero recati presso la Sede apostolica a questo scopo è affermato dallo stesso Innocenzo III nel doc. 7: scrivendo all'arcivescovo di Pisa, il papa dice che non gli sarebbe dispiaciuto che i canonici turritani, nel far tappa a Pisa nel viaggio verso la Sede apostolica, avessero deciso di chiedere a Ubaldo una lettera per il pontefice dove esprimeva il proprio parere a proposito della traslazione.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 103, 104.

*6

<ante 1200 ottobre 17>

<Ubaldo, arcivescovo di Pisa, si lamenta con Innocenzo III perché, al momento della elezione del nuovo arcivescovo di Torres, i capitolari turritani non avevano chiesto il suo assenso. L'arcivescovo chiede al pontefice di non confermarne l'elezione. Ubaldo promette, inoltre, l'invio del censo della Sardegna e dell'atto di ossequio dovuto alla Sede apostolica.>

L'esistenza di questo documento è ricavabile dalla lettura del doc. 7: dove il pontefice dice di aver ricevuto la lettera di Ubaldo nella quale si lamentava della mancata richiesta del suo assenso alla traslazione da parte dei capitolari turritani. Nella stessa occasione Ubaldo aveva promesso al pontefice di inviare alla Sede apostolica il «censum Sardinie [...] et obsequium honorabile».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 103, 104.

7

<1200> ottobre 17, Laterano

<Innocenzo III>, dopo aver ricevuto una lettera nella quale l'arcivescovo di Pisa <Ubaldo> si lamentava per il fatto che non era stata chiesta la sua approvazione alla elezione del nuovo arcivescovo di Torres, risponde facendogli presente che, dopo aver verificato sui privilegi a lui concessi, ha potuto constatare che il suo assenso non è richiesto per procedere alla elezione di un nuovo metropolita che gli sia sottoposto per diritto di primazia. Il pontefice aggiunge che, anche se così fosse, poiché – proprio come è avvenuto in questo caso – la traslazione di vescovi da una sede all'altra è riservata alla Sede apostolica, è da escludersi la lesione dei diritti dello stesso Pisano. Il papa, infine, ammonisce <Ubaldo> dall'opporci in qualsiasi modo alla decisione presa e lo esorta, inoltre, a fargli pervenire, così come aveva promesso, tramite il maestro del Tempio della Toscana, il censo della Sardegna e una lettera contenente il suo ossequio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 3v, ep. 8.

Cfr. docc. *5 e *6, nonché Introduzione, testo corrispondente alle note: 103-105.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 214, doc. IX, coll. 879-880.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 1147, p. 105; SCANO, I, III, p. 6.

<Hubaldo>¹ *Pisano archiepiscopo*

Quanto maiori prerogativa dilectionis et gratie apostolica Sedes Pisanam Ecclesiam honoravit, tantomagis ad honorem et augmentum eius intendimus et iura et dignitates eius ipsi a prede-

7. ¹ Cfr. doc. 1, nota 1.

cessoribus nostris concessas et a nobis postmodum confirmatas^a, manutenerere volumus^b et servare^{2c}. Non enim penitet nos honoris eidem Ecclesie a predecessoribus nostris et nobis exhibiti ut contra factum eorum et nostrum venire velimus qui sic predecessorum nostrorum statuta inviolabiliter servare disponimus sicut nostra volumus a nostris successoribus observari. Sane, recepimus^d litteras fraternitatis tue benignitate qua decuit et ea, que nobis super postulatione in Turrimana^e Ecclesia celebrata significasti, per eas intelleximus diligenter volentesque, quantum honeste potuimus, tue fraternitati deferre, privilegii tibi et Ecclesie Pisane concessi exemplar nobis ex regesto fecimus presentari cuius tenorem et formam, licet diligentius fuerimus perscrutati, non tamen invenimus quod assensus tuus in metropolitanorum qui tibi subiacent ut primati esset electionibus requirendus³. Ceterum, si ad te vel ex tenore privilegii vel ex iure canonico pertineret, quia tamen translationes episcoporum sibi soli Sedes apostolica reservavit, non vidimus quod in electione ipsa quicquam in tui iuris preiudicium fuerit attemptatum, licet non molestum nobis set acceptum existeret, si canonici Turritani in hac parte tibi humiliter detulissent ut, cum per te transitum facerent, tuas super hoc ad nos impetrassent litteras. Quantumcumque, igitur, in hoc tuo vellemus honori consulere quia tamen honestis dispositionibus nec difficultas est adhibenda nec mora, non potuimus postulationi canonice de persona ydonea quam nos et fratres nostri novimus celebrate apostolicum denegare favorem, set eam potius examinatione premissa de fratrum nostrorum consilio duximus approbandam. Monemus igitur fraternitatem tuam et exhortamur in Domino, quatinus, propositum nostrum et intentionem attendens et benevolentiam quam apostolica Sedes tibi et predecessoribus tuis exhibuit recognoscens, non movearis in aliquo

7. ^a *La -s di confirmatas si distende su una rasura, per la lunghezza di circa 12 lettere.* ^b *La -s di volumus si distende su una rasura, per la lunghezza di circa 13 lettere; segue una intera riga cancellata e percorsa da una linea d'inchiostro.* ^c *Segue una cancellatura percorsa da una linea d'inchiostro per la lunghezza di circa 12 lettere.*

^d *MIGNE: recipimus* ^e *MIGNE: Surritana*

² Cfr. doc. 1.

³ Cfr.: *Decretum Gratiani*, D. 65 c. 4, 5; D. 80 c. 1, 2; C. 6 q. 4 c. 3; C. 9 q. 2 c. 8; C. 9 q. 3 c. 1, 8; *Decretales*, II, tit. 2, 3; *Decretales* 5, tit. 1, 2; (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, col. 250 ss., 279 ss., 564, 604 ss., 606, 608 ss.; II, 249, 733).

quod in eo, sicut debuimus, Ecclesie consuluimus Turritano in quo in nullo derogatum est penitus iuri tuo et Ecclesie Pisane dignitas non est lesa.

Censum autem Sardinie, quem nobis disposuisti transmittere, necnon et obsequium honorabile quod nobis per tuas litteras promisisti, dilecto filio fratri .Al.^f, magistro domorum Templi in Tuscia, transmittendum nobis sub testimonio litterarum tuarum poteris assignare.

Datum Laterani .XVI. Kalendas novembris.

*8

<1198-1199>

<Guglielmo, marchese di Massa e giudice di Cagliari, dopo aver occupato il giudicato di Arborea spodestando il giudice Pietro de Serra, chiede ad Innocenzo III il riconoscimento del proprio potere in quel giudicato.>

L'esistenza di questo documento si ricava dalla lettura del doc. 12, dove risulta che Guglielmo, dopo aver occupato il giudicato d'Arborea, si era rivolto ad Innocenzo III per ottenere «confirmationem» «super eo [il giudicato]», senza riuscire ad ottenerla.

Cfr. Introduzione nota 125.

*9

<1198-1200 *ante* doc. 12>

<Ubaldo, arcivescovo di Pisa – che aveva ricevuto incarico dal defunto giudice di Gallura di proteggere la propria moglie, la propria figlia e il giudicato – si lamenta con il pontefice nei confronti del giudice di Cagliari Guglielmo, che aveva indebitamente occupato quel giudicato, catturando e detenendo in carcere la vedova e la figlia del defunto.>

Attestato nel doc. 12, dove il pontefice scrive che lo stesso Ubaldo di Pisa asseriva di essere stato incaricato dal defunto giudice di Gallura di tutelare la propria terra, la moglie e la figlia, e che si lamentava con il pontefice per il comportamento di Guglielmo.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 125-126.

7. ^f «dilecto filio fratri .Al.» *su cancellatura*. *MIGNE*: dilecto fratri Al.

*10

<1200 *ante* doc. 12>

<Guglielmo, marchese di Massa e giudice di Cagliari, scrive a Innocenzo III, riferendogli dei contrasti che lo oppongono al giudice di Torres, Comita. Il giudice chiede al papa di fungere da arbitro per la soluzione della disputa.>

Attestato nel doc. 12, dove si dice che Guglielmo, tramite una sua lettera, ha informato Innocenzo di una disputa che lo vede opposto al giudice di Torres, Comita, che vorrebbe risolvere davanti al papa stesso.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 125-126

*11

<1200 *ante* doc. 12>

<Informatori comunicano ad Innocenzo III gli atti che il giudice di Cagliari, Guglielmo di Massa, ha compiuto sull'Isola durante gli ultimi anni del suo regno.>

Le informazioni giungono al pontefice da varie persone, tra le quali certamente Giusto d'Arborea (cfr. doc. 3), l'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, (cfr. docc. *9 e 12), nonché lo stesso Guglielmo di Massa, che scrive varie lettere al papa (cfr. docc. *8, *10 e 12). Ma è da ritenersi che Innocenzo avesse ricevuto notizie da altri informatori, come fa pensare l'espressione che usa agli inizi del documento 12, quando il papa, dopo aver ricordato i meriti che Guglielmo aveva acquisito in Terrasanta, scrive che era venuto a sapere che il giudice di Cagliari si era lasciato tentare dalle *voluttà del secolo* («nunc diceris abire retrursum et [...] denuo seculi voluptatibus immisceri»).

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 125-126.

12

<*seconda metà* 1200>, Laterano.

<Innocenzo III> scrive al giudice di Cagliari, <Guglielmo di Massa>, ricordandogli che i meriti da lui accumulati grazie all'aver partecipato ad una missione in Terrasanta possono essere conservati solo mantendendo un comportamento virtuoso, e lo rimprovera per tutte le azioni che aveva compiuto in Sardegna ai danni, anche, dei diritti della Sede apostolica, alla quale appartiene – come è riconosciuto dallo stesso <Guglielmo di Massa> – la proprietà dell'Isola: per il rapimento e la violenza perpetrata

ai danni della moglie del giudice di Torres <Costantino II>, morta in carcere; per le tasse che impone agli ecclesiastici; per l'occupazione del giudicato d'Arborea con la cattura e la morte del giudice Pietro de Serra; per gli accordi matrimoniali presi con Ugo Ponç de Bas – accordi che prevedevano il matrimonio tra lo stesso Ugo Ponç e la figlia di Guglielmo, <Preziosa>, che avrebbe ricevuto in dote metà del giudicato d'Arborea, del quale però il padre manteneva il controllo delle fortificazioni –; per l'occupazione del giudicato di Gallura, avvenuta alla morte del legittimo giudice, con la cattura della moglie e della figlia di questi; per la promessa di matrimonio alla quale la giovane gallurese, seppur minorenni, è stata obbligata nei confronti del cognato di <Guglielmo di Massa>, <Guglielmo Malaspina>, al fine di mantenere il controllo di quel giudicato – nonostante il giudicato stesso e le due donne fossero stati lasciati sotto la tutela dell'arcivescovo di Pisa, <Ubaldo>, dal defunto giudice –.

Avendo Guglielmo chiesto l'intervento del pontefice per risolvere una disputa che lo vede opposto al giudice di Torres, <Comita>, il pontefice, che ha convocato anche il giudice logudorese, ordina allo stesso <Guglielmo di Massa> di presentarsi presso la Sede apostolica entro la successiva festa dei Santi Pietro e Paolo al fine di rispondere di tutti gli atti soprascritti e di risolvere la disputa con <Comita> di Torres.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, ff. 15v-16r, ep. 34. Si fa riferimento a questa lettera anche in un indice [I] conservato presso l'ASV: ASV, *Subsidia*, Indice 254, f. 7v: «Item quod tota Sardinia ut in littera: “Ea nobis”».

Cfr. docc. *8-*12, nonché 3, *13-17 e 29. Si veda Introduzione, testo corrispondente alle note: 76-83, 103-104, 122-123.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 214, doc. XXXV, coll. 917-918.

R e g e s t i : POTTHAST, I, n° 1174, p. 108; SCANO, I, doc. XLII, pp. 27-28, con data <1207>.

Nobili viro <Wilelmo> Calaritano iudici¹

Ea nobis de tuis actibus referuntur que nos, exigente iustitia, contra te vehementer inducunt, ea precipua ratione quod, cum olim in Orientali provincia constitutus laudabiliter et fideliter militaveris Iesu Christo, et^a ex hoc ne meritum perderes coram eo

12. ^a MIGNE: ut

12. ¹ Guglielmo di Massa, cfr. APPENDICE 2.

debueris in puritate cordis et corporis ambulare, nunc diceris abire retrorsum et, sicut canis ad vomitum rediens², denuo seculi voluptatibus immisceri et apostolice Sedis, quam ut matrem et dominam revereri debueras, iura tibi contra iustitiam immo et per violentiam usurpare. Ad audientiam siquidem apostolatus nostri pervenit quod olim . . .³ uxorem iudicis Turritani^{b4} per violentiam capiens et eam turpiter dehonestans tandem expirare in arcta custodia coegisti. Nobiles etiam et interdum ignobiles mulieres tum blanditiis, tum vi et minis ad tuum non tam inducis quam compellis assensum nec parcens^c integritati virginee, nec copule deferens coniugali. Ad huius quoque cumulum iniquitatis accedit quod Ecclesias et viros ecclesiasticos inhonoras, immo etiam eos tamquam serviles personas indebitis non dubitas exactionibus aggravare; ut autem, etsi non omnia, quedam tamen que in nostram iniuriam attempasse dinosceris exponamus: olim Petrum de Serra, iudicem Arborensem⁵, de quo, utrum iuste vel iniuste Arborensis iudicatus fuisset dignitatem adeptus, tuum non fuerat iudicare, cepisti, quod non debueras, violenter Arborensem occupans et detinens iudicatum et tamdiu dictum .P<etrum>. in carcere tenuisti donec, ut dicitur, viam fuit universe carnis ingressus⁶. Cumque super eo confirmationem postularis a nobis nec statim potueris obtinere, cum nobili viro .Hugone. de Bassa, qui et Pontit(us)^{d7} dicitur, nobis irrequisitis et ignorantibus convenisti, filiam tuam⁸ ipsi tradens uxorem et in dotem ei medietatem Arborensis iudicatus assignans, universis tibi munitionibus reservatis cum nulli sit dubium et tu etiam recognoscas quod tota Sardinia domini, iuris et proprietatis apostolice Sedis existat.

^b *In R Territani* ^c *In R pargens* ^d *Così per Poncitus?*

² «sicut canis ad vomitum rediens»: Proverbi, 26, 11; vi è un richiamo in 2 Pietro, 2, 22.

³ Forse una catalana di nome Prunisinda: *Libellus*, p. 51; cfr. anche doc. 29.

⁴ Costantino II di Torres, cfr. APPENDICE 2.

⁵ Pietro de Serra, cfr. APPENDICE 2.

⁶ «viam fuit universe carnis ingressus»: Genesi, 6, 31; Giosué, 23, 14; 1Re, 2, 2.

⁷ Ugo Ponç de Bas, cfr. APPENDICE 2

⁸ Preziosa di Massa, terza figlia di Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, cfr. *Genealogie medioevali*, p. 344; cfr. anche docc. *97, 98.

Preterea cum iudex Callaritanus^{e9} diem clausisset extremum, .<Odolinam>.¹⁰ uxorem eiuset filiam¹¹ rapuisti et, matre in tua captione defuncta¹², ut iudicatum ipsum tibi continuares licentius, cuidam consanguineo¹³ tuo tradisti filiam in uxorem, licet adhuc esset in annis minoribus constituta et Calaritanus^f iudex tam matrem quam filiam et terram etiam sub tutela venerabilis fratris nostri .<Hubaldi>. Pisani archiepiscopi¹⁴, ut ipse asserit et de te conqueritur, reliquisset.

Quia vero sicut per tuas nobis litteras intimasti discordiam habes aduersus nobilem virum iudicem Turritanum¹⁵ quam per nos desideras in conspectu nostro sopiri, sive prius cum ipso convenias, sive non, nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus usque ad festum beati Petri proximo venturum^g, ad quod // nos per litteras nostras citamus eundem iudicem Turritanum, nostro te conspectui representes, responsurus nobis super omnibus supradictis, et satisfactionem congruam impensurus et exhibiturus iudici memorato et recepturus ab eo si volueris iustitie complementum, nisi forsitan cum apostolice Sedis honore, salvo iure ipsius, inter vos fuerit concordia reformata. Quod si forte manifesta et iusta prepeditis occasione venire ad nos in propria persona non poteris^h, sollempnes nuntios et sufficientes et idoneos responsales propter easdem causas, usque ad eundem terminum, dirigere non omittas. Alioquin ex tunc in te tam spiritualiter quam temporaliter procedemus si monitus et requisitus a nobis mandatum nolueris apostolicum adimplere. Ad hec dilectum filium .Ild.¹⁶ fratrem militie templi, virum providum et

^e *Errore del copista, il giudice è quello di Gallura.* ^f *Errore del copista, il giudice è quello di Gallura.* ^g *Segue una rasura di 19 o 20 lettere.* ^h *MIGNE: potueris*

⁹ Anonimo, cfr. APPENDICE 2..

¹⁰ Odolina, cfr. doc. 90 e APPENDICE 2.

¹¹ Elena, cfr. APPENDICE 2.

¹² In realtà non è morta cfr. docc. 89-90; si tratta evidentemente di una notizia errata giunta in sede apostolica.

¹³ Guglielmo Malaspina, cognato di Guglielmo di Massa; cfr. docc. *34, 36, 51.

¹⁴ Cfr. doc. 1, nota 1.

¹⁵ Comita, giudice di Torres cfr. APPENDICE 2.

¹⁶ Il testo non fornisce altre indicazioni utili al riconoscimento di questo personaggio.

honestum, pro reverentia beati Petri et nostra benigne recipias et super hiis que tibi ex parte nostra proponet salubribus eius monitis et consiliis acquiesces.

Datum Laterani.

*13

<seconda metà 1200, contemporanea al doc. 12>

³ Guglielmo Malaspina, cfr. docc. 12, *34, 51.

⁴ «ne igitur ... priore»: richiama Matteo 27, 64.

⁵ Elena di Gallura, cfr.: APPENDICE 2.

⁶ Ithocor, fratello del giudice di Torres Comita: cfr. *Genealogie*, pp. 200-201 e docc. *34, 37.

⁷ Comita di Torres cfr. APPENDICE 2.

⁸ Cfr.: doc. 29.

37

<1203 settembre 15, Ferentino>

<Innocenzo III> ordina al giudice di Torres, <Comita>, di impedire che suo fratello <Ithocor> sposi <Elena>, erede al trono del giudicato di Gallura. I due, infatti, sono legati da una parentela che renderebbe illecite le nozze. Invita il giudice ad attenersi alle decisioni che prenderà l'arcivescovo di Torres, <Biagio>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 104v, ep. 146. L'indirizzo viene riportato in verticale anche sul margine sinistro del foglio.

Cfr. docc. *34, 36, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-87, 89-94, 96, *101-103, *106-109, *112-118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXLVI, coll. 158-159; HAGENEDER, VI, 145, pp. 239-240.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 1999, p. 174; SCANO, I, XVI, p. 13.

*Nobili viro .<Comite>. iudicà Turritano*¹.

Cum iuxta testimonium veritatis nil prosit homini, si mundum lucratus fuerit universum et incurrerit anime detrimentum², non debes propter commodum temporale sempiterna bona negligere ac fratris honorem timori Domini anteferre, cum, nisi fratrem et cuncta, que habes, Christo postponas, eo dignus, sicut ipse asserit, non existas³. Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur attentius et per apostolica tibi scripta mandamus quatinus cum dilecta in Christo filia nobilis mulier .<Helena>⁴. filia quondam iudicis Gallurensis⁵, nobilem virum I<thocor>^{6b}, fratrem tuum, proxima linea consanguinitatis attingat, non permittas, ut ei, cum matrimonialiter nequeat, incestuose iungatur, et cum non

37. ^a *In R iudi* ^b HAGENEDER: Ysidoro

37. ¹ Comita di Torres, cfr. APPENDICE 2.

² «nil prosit ... detrimentum»: richiama Matteo 16, 26; Marco 8, 36; Luca 9, 25.

³ «nisi fratrem ... non existas»: richiama Matteo 10, 37.

⁴ Elena di Gallura, cfr.: APPENDICE 2.

⁵ Anonimo, cfr. APPENDICE 2.

⁶ Ithocor, fratello del giudice di Torres Comita: cfr. *Genealogie*, pp. 200-201 e docc. *34, 36.

possit legitime, illicite desponsetur, sed super ea potius tradenda nuptui venerabilis fratris nostri B<lasii>⁷, Turritani archiepiscopi, statutis et monitis acquiescas et, sicut de tua devotione confidimus, operam efficacem impendas, ut iuxta eius arbitrium viro legitimo coniungatur. Taliter autem mandatum apostolicum exequaris, quod in hoc tue devotionis intelligamus affectum et ad honorem tuum specialius intendere teneamur.

Datum *ut supra*.

38

<1203 settembre 15, Ferentino>

<Innocenzo III>, informato dall'arcivescovo di Torres, <Biagio>, scrive al giudice di Cagliari, <Guglielmo di Massa>, dicendogli di aver saputo del suo rifiuto a prestare giuramento di fedeltà alla Sede apostolica poiché lo ha già prestato all'arcivescovo di Pisa, <Ubaldo>. Dato che, però, lo stesso giudice ha riconosciuto che sarebbe stato tenuto a giurare fedeltà alla Sede apostolica, il pontefice lo esorta a considerare i termini del giuramento prestato al Pisano: se sono contrari alla fedeltà dovuta alla Sede apostolica, il giudice dovrà considerare l'atto illecito e quindi nullo; viceversa, se non lo sono, le motivazioni addotte dal giudice non sussistono. Perciò il pontefice esorta <Guglielmo> a firmare senza ulteriori perdite di tempo il proprio atto di fedeltà alla Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 104v, ep. 147. L'indirizzo viene riportato in verticale anche sul margine sinistro del foglio. Successivamente, di mano della fine del XV – inizi XVI secolo: *hoc c<apitulum> est extra de iure iurando*; cfr. HAGENEDER, nota a.

Cfr. docc. *28, 31-34, *44, 54, *70-73, 78, *82, 88, 130, *138, *141-145, 147. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 133-143.

E d i z i o n i : CDS, I, sec. XIII, doc. III, p. 304, datato <1205>; MIGNE, vol. 215, doc. CXLVII, coll. 159-160; HAGENEDER, VI, 146, pp. 240-241.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 1997, p. 174; SCANO, I, XVIII, p. 14.

37. ⁷ Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

Nobili viro .<Wilelmo>. iudici Kalarritano¹.

Ea te credimus discretione vigere, ut intelligas per te ipsum, quod onus non remittitur sed augetur, cum cuiquam improvide solvitur quod alii ex debito est prestandum. Sane, venerabilis frater noster .<Blasius>. archiepiscopus Turritanus² per suas nobis litteras intimavit, quod cum a te nostro nomine iuramentum fidelitatis, sicut a nobis in mandatis acceperat, exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens quod venerabili fratri nostro .<Hubaldo>. Pisano archiepiscopo³, salvo apostolice Sedis honore, huiusmodi prestiteras iuramentum. Cum igitur nobis et Ecclesie Romane fidelitatem facere tenearis, sicut tua etiam prudentia recognoscit, si prestitum iuramentum ei, quod a te nobis tamquam debitum est prestandum, contrarium reputes, illud illicitum iudicabis, et illicito non obstante, quod licite immo ex debito petitur exhibebis; vel, si prestitum prestando contrarium non existit, illud sine difficultate prestabis. Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur attentius et per apostolica tibi scripta mandamus atque precipimus, quatinus omni occasione et excusatione cessante in manibus eiusdem archiepiscopi fidelitatis nobis et Ecclesie Romane exhibeas iuramentum.

Datum *ut supra*.

*39

<1203 settembre 15, Ferentino>

<Innocenzo III, assentendo a non specificate richieste fatte dall'arcivescovo di Torres, Biagio, concede non meglio conosciute autorizzazioni>.

Dell'esistenza di questo documento si ha testimonianza al n° 40, dove si fa un esplicito riferimento ad un documento che non è stato registrato: «Cum a nobis petitur et cetera, usque assensu».

38. ¹ Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari cfr. APPENDICE 2

² Biagio, arcivescovo di Torres cfr. APPENDICE 1.

³ Cfr. doc. 1, nota 1.

40

<1203> settembre 15, Ferentino

<Innocenzo III>, assentendo ad una richiesta dell'arcivescovo di Torres, <Biagio>, lo autorizza ad esercitare tutte le sanzioni previste dal diritto canonico nei confronti di coloro che hanno sottratto o sottrarranno il censo dovuto alla Chiesa turritana.

C o p i a d i r e g i s t r o : ASV. Reg. Vat. 5, ff. 104v-105r, ep. 148. L'indirizzo viene riportato in verticale anche sul margine sinistro del foglio.

Cfr. docc. *35 e *39.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXLVIII, col. 160; HAGENEDER, VI, 147, p. 241.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 1996, p. 174; SCANO, I, XIX, p. 14.

.B<lasio>., archiepiscopo Turritano¹.

Cum a nobis petitur *et cetera usque* assensu, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut eos, qui census Ecclesie tue debitos subtraxerint // amodo vel hactenus subtraxerunt, possessionibus sub censu eisdem ab Ecclesia Turritana concessis iuxta legitimas spoliis sanctiones².

Nulli ergo *et cetera*.

Datum Fer<entini>, XVII Kalendas Octobris.

*41

<ante 1204 luglio 3>

<Innocenzo III chiede, forse tramite Biagio di Torres, che Guglielmo di Massa liberi dalla prigionia Barisone, figlio del defunto giudice di Arborea, Pietro>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dalla lettura del doc. 51, indirizzato dal pontefice allo stesso Guglielmo di Massa per complimentarsi dell'avvenuta liberazione del giovane, avvenuta «ad preces et mandatum apostolicum».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota 84.

40. ¹ Biagio, arcivescovo di Torres cfr. APPENDICE 1.

² SCHOELL – KROLL, 55, 587.

*42

<ante 1204 luglio 3>

<Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, manifesta a Innocenzo III i propri timori circa il matrimonio di Elena di Gallura: chiede al pontefice che la giovane vada in sposa ad una persona non sospetta, che abbia prestato giuramento di fedeltà alla Sede apostolica e che non crei turbative nell'ordine politico-istituzionale che si è creato sull'Isola>.

Dell'esistenza di questa lettera informa il doc. 51, dove Innocenzo III, scrivendo a Guglielmo, afferma di rispondere alle questioni che il giudice gli aveva sottoposto «per [...] litteras»: si tratta appunto del fatto che la giovane non vada in moglie a una persona sospetta, che abbia esibito il «debitum famulatum» al pontefice e che non abbia intenzione, «denuo», di *perturbare* la Sardegna.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-147.

*43

<ante 1204 2 luglio>

<Elena, erede al trono della Gallura, comunica ad Innocenzo III la propria volontà di affidarsi alle sue decisioni per quel che riguarda il proprio matrimonio>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dal doc. 46, dove il pontefice, scrivendo ad Elena, le esprime il proprio compiacimento per il fatto che ha deciso di rimettersi, «in contraendo matrimonio», al suo «consilio».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-147.

*44

<ante 1204 luglio 2>

<Biagio, arcivescovo di Torres, scrive al pontefice su varie questioni riguardanti l'Isola: sul fatto che Comita, giudice di Torres, è legato da un rapporto di parentela troppo stretto con la moglie, Sinispella, e che pertanto al giudice è stato proibito di continuare a vivere con la donna; sul fatto che, quando viaggia per compiere le missioni affidategli dal pontefice, si trova spesso in difficoltà a procurarsi i necessari approvvigionamenti, perché gli ecclesiastici gli rifiutano la dovuta ospitalità; sul fatto che l'archipresbitero e i canonici della sua diocesi sono inidonei a svolgere il loro ruolo e chiede, pertanto, di poterli sostituire con persone più degne; sul fatto che gli ecclesiastici della propria archidiocesi, ma anche

del resto dell'Isola, sono soliti rivolgersi, talvolta per costrizione del giudice, al tribunale laico per la soluzione delle loro vertenze. Biagio informa inoltre il pontefice che Guglielmo di Massa, dando seguito alle richieste della Sede apostolica, ha liberato Barisone d'Arborea, ma si rifiuta ancora di prestare giuramento di fedeltà al papa, colui che gli impedisce di prestarlo è Ubaldo di Pisa, al quale il giudice aveva giurato fedeltà precedentemente. Infine Biagio chiede al pontefice delucidazioni su quali siano gli effettivi privilegi dei quali gode l'arcivescovo di Pisa sull'archidiocesi turritana».

L'invio di questa sorta di lettera-dossier di Biagio a Innocenzo III è ricavabile dalla lettura di vari documenti: per la vicenda di Comita e della moglie Sinispella si veda il doc. 50, dove il pontefice, incaricando Biagio di risolvere al più presto la faccenda, afferma espressamente di essere stato informato «per tuas [...] literas»; per le difficoltà legate agli approvvigionamenti durante le missioni si veda il doc. 53; circa la sostituzione dei canonici e dell'archipresbitero di Torres si veda il doc. 57, dove Innocenzo si dice compiaciuto del fatto che Biagio voglia, «perditis male malis, vineam tuam aliis agricolis [...] locare amotisque ab Ecclesia Turritana . . . archipresbytero et canonicis, qui nil canonicum sapiunt [...] plantare in ea palmites canonice religionis intendis»; sul fatto che gli ecclesiastici si rivolgano, talvolta costretti, al tribunale secolare si vedano i docc. 56 e 58; per la liberazione di Barisone d'Arborea e sul rifiuto di Guglielmo di Massa di giurare fedeltà alla Sede apostolica si confronti il documento 51; sul fatto che sia Ubaldo di Pisa a impedire che Guglielmo presti questo giuramento si veda il documento 54, dove Innocenzo III, rimprovera l'arcivescovo di Pisa perché è *stato informato* che non ha sciolto il giudice di Cagliari dal giuramento di fedeltà che lo tiene legato alla sede arcivescovile pisana. Sui chiarimenti circa gli effettivi privilegi dei quali gode la sede pisana nell'archidiocesi di Torres si veda il documento 55.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 42, 135-141.

*45

<ante 1204 luglio 2>

<Comita, giudice di Torres, scrive ad Innocenzo III in merito al proprio matrimonio con Sinispella de Laccon: poiché, a causa del troppo stretto legame di parentela che intercorre tra lui e la moglie, gli è stato impedito di continuare a vivere con lei, il giudice chiede di poter ottenere dal pontefice una dispensa che gli consenta di riprendere legalmente i rapporti matrimoniali con la moglie, oppure di poter ottenere il divorzio, per potersi risposare ed evitare, così, di dover mantenere delle concubine>.

L'esistenza di questo documento è attestata dallo stesso Innocenzo III nel doc. 50: nello scrivere a Biagio di Torres affinché risolva presto e col minor scandalo possibile la vicenda, riferisce allo stesso Biagio quali fossero le richieste che Comita gli aveva fatto, ossia la concessione della dispensa matrimoniale oppure il divorzio.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 43, 53.

46

<1204> luglio 2, Laterano

<Innocenzo III>, informato che <Elena>, erede al trono di Gallura, ha deciso di rimettersi alle sue decisioni in merito al proprio matrimonio, scrive alla giovane esortandola a sottostare ai consigli che le verranno dati dall'arcivescovo di Torres, <Biagio>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 160r, ep. 103. Sulla destra, una croce in inchiostro più chiaro. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 6; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v. In calce a [R] è riportato il testo della lettera inviata alla madre di Elena di Gallura, Odolina: «*In eundem fere modum .<Odoline>. matri puelle scriptum est usque mandamus, quatinus, super hoc beneplacitum et mandatum nostrum expectans, eam non presumas cuiquam copulare, sed potius venerabilem fratrem nostrum . . Civitatensem episcopum ad presentiam nostram mittas, cum quo disponamus plenius, quod fuerit disponendum, et, quod fuerit dispositum, impleamus*»; cfr. doc. successivo.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 47-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CIII, col. 389; HAGENEDER, VII, 103, pp. 166-167.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2258, p. 195; SCANO, I, XX, pp. 14-15.

Nobili mulieri .<Helene>. filie quondam iudicis Gallurensis¹.

Gratum gerimus et acceptum, quod vestigiis . . quondam patris tui, iudicis Gallurensis², inherens, in Ecclesie devotione persistis et iuxta providentiam et consilium eius disponere desideras actus tuos. Ille siquidem tam te quam terram suam sub apostolice Sedis tutela reliquit. Tu, vero, in contrahendo matrimonio nostro consilio te committis, propter quod ad honorem tuum tanto amplius aspiramus, quanto ex hoc maioris sumimus tue devotionis indicium et reverentie certius argumentum. Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur in Domino et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus, sicut de tua devotione confidimus et tu de gratia nostra speras, super hoc venerabilis fratris nostri .<Blasii>. Turrítani archiepiscopi³ consiliis acquiescas.

Datum Laterani, VI Nonas Iulii.

47

<1204 luglio 2, Laterano>

<Innocenzo III>, informato che <Elena>, erede al trono di Gallura, ha deciso di rimettersi alle sue decisioni in merito al proprio matrimonio, esorta <Odolina>, madre della giovane, ad impedire che la figlia sposi alcuno e a far sì che il vescovo di Civita si possa recare al più presto presso la Sede apostolica per poter concordare con il pontefice il da farsi per il matrimonio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 160r, ep. 103. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 6; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46, 48, 49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

46. ¹ Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

² Anonimo giudice di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

³ Biagio arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CIII, col. 389; HAGENEDER, VII, 103, pp. 166-167.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2258, p. 195; SCANO, I, XX, pp. 14-15.

In eundem fere modum .<Odoline>¹. *matri puelle scriptum est usque mandamus*, quatinus, super hoc beneplacitum et mandatum nostrum expectans, eam non presumas cuiquam copulare, sed potius venerabilem fratrem nostrum . . . Civitatensem episcopum² ad presentiam nostram mittas, cum quo disponamus plenius, quod fuerit disponendum, et, quod fuerit dispositum, impleamus.

48

<1204 luglio 2>, Laterano

<Innocenzo III> ricorda all'arcivescovo di Cagliari, <Ricco>, che il defunto giudice di Gallura aveva deciso, in punto di morte, di affidare sia la sua terra sia sua figlia alla tutela della Sede apostolica. Poiché il pontefice intende provvedere la giovane di un marito capace di ben governare e che non causi discordie con gli altri giudici dell'Isola, esorta lo stesso arcivescovo, che detiene il controllo dei siti fortificati del giudicato, a non cederli ad alcuno e a far riferimento, in materia, all'arcivescovo di Torres, <Biagio>. Affinché le volontà del pontefice siano meglio eseguite, il papa esorta <Ricco> ad inviargli il vescovo di Civita, per dargli nuove istruzioni.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, f. 160r-160v, ep. 104. All'altezza della prima riga, a lato, una croce. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat. 6065*, f. 7; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46, 47, 49, 51, 52, *79, *80, *83-87, 89-94, 96, *101-103, *106-109, *112-118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

47. ¹ Odolina, madre di Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

² Anonimo attestato anche nel doc. successivo, cfr. APPENDICE 1.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CIV, col. 389; HAGENEDER, VII, 104, pp. 167-168

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2261, p. 195; SCANO, I, XXI, pp. 15

.<Ricco>. Calaritano archiepiscopo¹.

Fraternitatem tuam novimus non latere, qualiter . . .^a quondam^b Gallurensis iudex² in mortis articulo constitutus tam terram quam filiam suam sub apostolice Sedis tutela reliquit. Nos igitur eidem puelle iuxta in//tentionem patris sui providere volentes eam viro legitimo, per quem nulla in Sardinia suscitetur discordia sed potius sopiatur et qui nulli iudicum merito sit suspectus ideoque iudicatum Gallurensem in pace melius valeat gubernare, tradere proponimus in uxorem. Monemus igitur fraternitatem tuam et exhortamur in Domino et per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus, cum tu detineas castra eius, ea nulli prius assignare presumas, quam puelle ipsi providerimus in maritum, sed super hoc venerabilis fratris nostri .<Blasii>. Turritani archiepiscopi³ consilii et monitis acquiescas. Alioquin satisfactorius de tanto contemptu nostro te conspectui representes. Ut autem intentio nostra melius compleatur, interim venerabilem fratrem nostrum . . . Civitatensem episcopum⁴ ad presentiam nostram mittas, cum qua disponamus^c plenius quod fuerit disponendum et, quod fuerit dispositum, impleamus.

Datum Laterani *et cetera ut supra*.

48. ^a I due punti sono aggiunti sopra la riga. ^b Seguono due punti all'interno dei quali doveva stare l'iniziale del nome. ^c La lettera tra la -n- e la -m- è abrasa, a lato del testo sulla destra, una a.

48 ¹ Ricco di Cagliari, cfr. APPENDICE 1.

² Anonimo, cfr.: APPENDICE 2.

³ Biagio, arcivescovo di Torres, cfr.: APPENDICE 1.

⁴ Anonimo, attestato anche nel doc. precedente, cfr. APPENDICE 1.

49

<1204 luglio 2, Laterano>

<Innocenzo III> ricorda ai vescovi e ai nobili della Gallura che il defunto giudice aveva deciso, in punto di morte, di affidare sia la sua terra, sia sua figlia alla tutela della Sede apostolica. Poiché il pontefice intende provvedere la giovane di un marito capace di ben governare e che non causi discordie con gli altri giudici dell'Isola, li esorta ad impedire che possa andare in moglie a chiunque e a far sì che il vescovo di Civita si possa recare al più presto presso la Sede apostolica per poter concordare con il pontefice il da farsi per il matrimonio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, f. 160v, ep. 105. All'altezza della prima riga, a lato, una croce.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-48, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-96, *101-103, *106-109, *112-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CV, col. 390; HAGENEDER, VII, 105, pp. 168-169.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2259, p. 195.

*Episcopis et nobilebus viris liberis in Gallurensi existentibus
iudicatu^a.*

Universitatem vestram novimus non latere *et cetera usque* in uxorem; monemus igitur universitatem vestram et exhortamur attentius et per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus super hoc mandatum nostrum et beneplacitum *et cetera ut in ea, que mittitur matri puelle.*

50

<1204> luglio 2, Laterano

<Innocenzo III> incarica l'arcivescovo di Torres, <Biagio>, di risolvere la scandalosa questione matrimoniale che vede coinvolti il giudice di Torres, <Comita>, e sua moglie, <Sinispella>. I due coniugi, infatti, dopo aver avuto tre figli, tra i quali <Mariano> che è già associato al trono, hanno scoperto di essere legati da un grado di consanguineità che impedisce loro di vivere come marito e moglie. Il giudice di Torres ha chiesto pertanto di ottenere una dispensa che gli consenta di poter riprendere a vivere con la moglie, oppure di poter celebrare il divorzio e risposarsi, così da smettere di mantenere delle concubine.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, f. 160v, ep. 107. A lato, all'altezza della prima riga, una croce; di mano successiva la numerazione romana: III^cIC.

Cfr. docc. *44 e *45. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 43, 53.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CVII, coll. 390-391; HAGENEDER, VII, 107, pp. 170-171.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2260, p. 195; SCANO, I, XXII, pp. 15-16.

.<Blasio>. *archiepiscopo Turritano*¹.

Per tuas nobis litteras intimasti quod nobilis vir .<Comita>. Turritanus iudex et .<Sinispella>. uxor² ipsius in quarto et quinto gradu consanguinitatis invicem se attingunt et tamdiu coniugalem sibi exhibuerunt affectum, quod filium³, cui iam terra iuravit, et duas filias^a susceperunt, quarum altera viro nupsit⁴. Cumque mulier ipsa mater sit nobilis viri Hugonis de Basso, iudicis Arboree⁵, si celebretur divortium inter illos huiusmodi scandalum formidatur, quod et illis etiam creditur displicere, cum a

50. ^a *Le -a- di duas filias sono correzioni di o.*

50. ¹ Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

² Comita di Torres (cfr. APPENDICE 2) e Sinispella de Lacon figlia di Barisone I d'Arborea, madre di Ugo Ponç de Bas, giudice di Cagliari, cfr. APPENDICE 2. Su Sinispella *Genealogie*, p. 171.

³ Mariano (II) che sarà giudice tra il 1218 e il 1232.

⁴ Quest'ultima era Maria, sposata con il marchese Bonifacio di Saluzzo, l'altra era Preziosa, cfr. *Genealogie*, p. 201.

⁵ Ugo Ponç de Bas, giudice d'Arborea, cfr. APPENDICE 2.

tempore felicitatis recordationis Alexandri⁶ pape predecessoris nostri, manserint sic coniuncti. Verumtamen iudex hoc petit, ut vel cum uxore sua ei de permissione nostra liceat remanere, vel celebrato divortio ad alias nuptias convolare⁷, quo facto dimissurum se asserit concubinas, quas, quoniam a coniuge iam dudum abstinent, secundum pravam terre consuetudinem detinet et quas interim non posse dimittere se testatur. Cum igitur tu de iure non dubites, nos autem de scandalo dubitemus, negotium ipsum tue discretioni committimus, ut auctoritate nostra fretus id agas, quod magis videris expedire⁸.

Datum Laterani, VI Nonas Iulii.

51

<1204> luglio 3, Laterano

<Innocenzo III> si congratula con il giudice di Cagliari, <Guglielmo di Massa> per aver liberato, su richiesta dello stesso pontefice, <Barisone> d'Arborea, figlio del defunto giudice <Pietro>, e per aver fatto sì che <Guglielmo Malaspina>, che voleva sposare l'erede al trono <Elena>, abbandonasse la Gallura. Il pontefice concorda con il giudice nel timore che la giovane gallurese possa sposare una persona non adatta, esorta perciò <Guglielmo di Massa> affinché impedisca che <Elena> sposi chiunque; il papa stesso promette di trovare al più presto per la giovane – che si trova sotto la tutela della Sede apostolica, secondo le volontà del suo defunto padre – un marito gradito sia al giudice cagliaritano sia a quello di Torres.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, Reg. Vat. 5, f. 160v, ep. 106. A lato, all'altezza della prima riga, una croce. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat. 6065*, f. 8; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v. In calce a [R] vi è l'attestazione dell'invio di un documento identico al giudice di Torres: «In eundem fere modum iudici Turritano».

50. ⁶ Alessandro III, Rolando Bandinelli, 1159-1181.

⁷ Nel 1205, Comita sposò in seconde nozze Agnese di Saluzzo, *Genealogie* p. 201.

⁸ *Decretum Gratiani*, II, C. 35 q. 1-5 (FRIEDBERG, I, coll. 1261-177).

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 52, *79, *80, *83-87, 89-94, 96, *101-103, *106-109, *112-118, nonché *41. Cfr. Introduzione alla nota: 131 e testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CVI, col. 390; HAGENEDER, VII, 106, pp. 169-170.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2262, p. 195; SCANO, I, XXIV, p. 17.

Nobili viro .<Wilelmo>. iudici Kalaritano¹.

Quod ad tollendum scandalum, quod in Sardinia motum fuerat, et concordiam reformandam nobilem virum G<uillelmum> marchionem², qui nobilem mulierem H<elenam>³, filiam . . quondam iudicis Gallurensis⁴, ducere volebat uxorem, a iudicatu Gallurensi provide removisti et .<Baresonum>. filium .<Petri>⁵. quondam iudicis Arborensis ad preces et mandatum apostolicum liberasti, tanto habemus gratius et acceptius reputamus, quanto ex hoc maius sumimus tue devotionis inditium et sinceritatis expressius argumentum. Super eo quoque prudentiam tuam in Domino commendamus, quod nos per tuas litteras exorasti, ut predictam puellam, quam memoratus pater ipsius sub nostra tutela reliquit, non suspecte persone in coniugem traderemus, que nobis exhiberet debitum famulatum et cuius occasione Sardinia denuo nequeat perturbari. Quia igitur consilium tuum, quod salubre credimus, acceptamus, nobilitatem tuam monemus et exhortamur attentius et per apostolica scripta mandamus, quatinus puellam ipsam non permittas cuiquam matrimonialiter copulari, cum nos in brevi dante Domino in viro idoneo ei providere velimus, qui nec tibi nec nobili viro .<Comite>⁶. iudici Turritano merito sit suspectus. Taliter igitur super hoc mandatum apostolicum exequaris, quod propter hoc ad honorem et profectum tuum specialiter intendere debeamus.

Datum Laterani, V Nonas Iulii.

51. ¹ Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, cfr. APPENDICE 2.

² Guglielmo Malaspina, cognato del giudice di Cagliari Guglielmo di Massa.

³ Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

⁴ Anonimo, cfr. APPENDICE 2.

⁵ Barisone (II) e Pietro de Serra d'Arborea, cfr. APPENDICE 2.

⁶ Comita di Torres, cfr. APPENDICE 2.

52

<1204 luglio 3, Laterano>

Iudici Turritano

<Innocenzo III> esorta il giudice di Torres, <Comita> affinché impedisca che <Elena> di Gallura sposi chiunque. Il papa promette di trovare al più presto per la giovane – che si trova sotto la tutela della Sede apostolica, secondo le volontà del suo defunto padre – un marito gradito sia al giudice turritano, sia a quello di Cagliari.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, Reg. Vat. 5, f. 160v, ep. 106. Documento realizzato e inviato contemporaneamente al precedente.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, *79, *80, *83-87, 89-94, 96, *101-103, *106-109, *112-118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CVI, col. 390; HAGENEDER, VII, 106, pp. 169-170.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2262, p. 195; SCANO, I, 24, p. 17.

*In eundem fere modum iudici Turritano*¹.

53

<1204> luglio 3, Laterano

<Innocenzo III> rimproverando gli arcivescovi, i vescovi e tutti i prelati della Sardegna perché, quando l'arcivescovo di Torres, <Biagio>, percorre l'Isola per compiere degli incarichi che gli sono stati affidati dal pontefice, gli negano l'ospitalità necessaria, ordina che questi rifiuti non si ripetano, se non vogliono incorrere nella pena della sospensione.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, Reg. Vat. 5, ff. 160v-161r, ep. 108. A lato, all'altezza della prima riga, una croce. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., Vat. Lat. 6065, f. 9; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, Arm XXXV, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v.

Cfr. doc. *44. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 42.

52. ¹ Comita di Torres, cfr. APPENDICE 2.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CVIII, col. 391; HAGENEDER, VII, 108, pp. 171-172

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2263, p. 195; SCANO, I, XXV, pp. 17-18

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelati per Sardiniam constitutis.

Cum nemo suis cogatur stipendiis militare¹, miramur non modicum et movemur, quod, quando venerabilis frater noster .<Blasius>². Turritanus archiepiscopus pro negotiis nostris ad diversas Sardinie partes accedit, necessaria ei cupiditate detestabili denegatis, licet exhibere vos deberetis tam ipsi quam aliis hospitali, presertim cum in quibusdam Sardinie partibus victualia nequeant venalia repperiri. Quia igitur id in apostolice Sedis redundat dispendium et contemptum, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, cum idem archiepiscopus ad negotia nostra exiverit procuranda, si ad vos forsitan declinarit, in moderatis expensis taliter provideatis eidem, quod devotionem vestram merito valeat commendare. Alioquin noveritis nos eidem archiepiscopo mandavisse, ut per suspensionis sententiam vos compellat // satisfacturos de tanto contemptu^a idoneos nuntios ad Sedem apostolicam destinare.

Datum Laterani, V Nonas Iulii.

54

<1204 luglio 3, Laterano>

<Innocenzo III> rimprovera l'arcivescovo di Pisa, <Ubaldo> per aver fatto prestare un giuramento di fedeltà al giudice di Cagliari <Guglielmo di Massa>, a favore proprio e della Chiesa di Pisa, pur sapendo che – poiché la Sardegna è di proprietà della Sede apostolica – i giudici dell'isola sono tenuti a prestare fedeltà solo alla Chiesa di Roma. Poiché – nonostante il papa glielo abbia richiesto due volte – il giudice di Cagliari si

53. ^a In R contemptu tanto, per l'inversione cfr. HAGENEDER, nota b-b.

53. ¹ S. Paolo, I Cor. 9, 7.

² Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

rifiuta di prestare giuramento alla Sede apostolica sinché sia legato all'arcivescovo pisano, il pontefice ordina ad <Ubaldo> di dare istruzioni a <Guglielmo> affinché giuri fedeltà alla Sede apostolica, altrimenti minaccia di sottrargli i privilegi dei quali la sede arcivescovile pisana gode sull'Isola.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 161r, ep. 109. A lato, all'altezza della prima riga, una croce; sulla destra, di mano del XIII secolo: *pro iure Romane Ecclesie*. Cfr. HAGENEDER, nota a. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 10; (*Sedis apostolicæ iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananæ Bibliothecæ custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 4v-5r. Si fa riferimento a questa lettera anche in un indice [I] conservato presso l'ASV: ASV, *Subsidia*, Indice 254, f. 9r: «CIX. *Item quod insula Sardinie apostolica Sedis iuri et proprietatis existat et iudices qius Romane Ecclesie iuramentum fidelitatis debent et solent exhibere ut in litteras: "Quod insula Sardinie" etc.*».

Cfr. docc. *28, 31-34, 38, *44, *70-73, 78, *82, 88, 130, *138, *141-145, 147. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 133-143.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CIX, coll. 391-392; HAGENEDER, VII, 109, pp. 172-173.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2264, p. 195.

.<Hubaldo>. *Pisano archiepiscopo*¹.

Quod insula Sardinie iuris ac proprietatis apostolicæ Sedis existat et iudices eius Ecclesie Romane iuramentum fidelitatis debeant et soleant exhibere, tua fraternitas non ignorat. Unde cum iura nostra defendere tenearis, non possumus non mirari, quod, ne nobilis vir .<Wilelmus>². marchio Kalarritanus nobis et Ecclesie Romane iuraret, exacti et recepti ab eo iuramenti occasione diceris impedisse; licet ei iam secundo dederimus in mandatis, ut iuramento tibi exhibito non obstante prestaret nobis fidelitatis debite iuramentum. Quia igitur iura nostra tibi usurpare vel aliter turbare non debes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus eidem marchioni

54. ¹ Cfr. doc. 1, nota 1.

² Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, cfr. APPENDICE 2.

per litteras tuas mandes ut, iuramento quod tibi exhibuit non obstante, fidelitatem nobis et Ecclesie Romane, sicut mandavimus iam bis ipsi, iurare procuret; sollicitè provisurus, ne, si aliter egeris, dum fidelitatem ab ipso receptam ultra debitum tibi volueris observari^a, iuramentum fidelitatis Ecclesie Romane prestitum male serves, sicque privilegium merearis amittere, dum permessa tibi abusus fueris potestate.

Datum *ut supra*.

55

<1204 luglio 3, Laterano>

<Innocenzo III> ricorda a <Biagio>, arcivescovo di Torres, che dovrà ricevere l'arcivescovo di Pisa in qualità di legato pontificio solo quando quest'ultimo visiterà l'Isola su incarico del pontefice. Gli ricorda, inoltre, che l'autorità di primate della provincia di Torres, che lo stesso arcivescovo di Pisa può esercitare, non va al di là di ciò che è sancito nei canoni.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, f. 161r, ep. 110. A lato, sulla destra, due croci, una più esterna dell'altra. Su entrambi i lati della lettera, per tutta la lunghezza del documento, vi è una riga perpendicolare. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat. 6065*, f. 11; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5r.

Cfr. doc. *44. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 42.

E d i z i o n i : UGHELLI, *Italia Sacra*, III, col. 409-410; *CDS*, I, sec. XII, doc. CXLVI, p. 280, datato 1198; MIGNE, vol. 215, doc. CX, col 392; HAGENEDER, VII, 110, pp. 173-174. Ughelli, alle colonne 424-425, riprende lo stesso documento attribuendolo a Onorio III.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2265, p. 195; SCANO, I, XXVI, p. 18.

54. ^a La -i è una correzione su -e.

.<Blasio>. archiepiscopo Turritano¹.

Licet venerabilem fratrem nostrum .<Hubaldum>. Pisanum archiepiscopum et eius Ecclesiam non velimus super collato sibi a predecessoribus nostris privilegio legationis et primatie, quod nos postmodum confirmavimus², molestare, pati tamen nec volumus nec debemus, ut beneficio Sedis apostolice abutatur et in gravamen subditorum assumat, quod ei ad illorum provisionem et commodum est indultum. Cum igitur certis temporibus auctoritate nostra legationis officium in Sardinia valeat exercere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum terram ipsam iuxta tenorem privilegii Ecclesie Pisane concessi datis temporibus visitarit, quamdiu in eadem provincia fuerit, ei tamquam legato apostolice Sedis intendas, absenti autem vel alio tempore venienti non teneberis auctoritate legationis aliquatenus respondere. Auctoritate vero primatie non plus potest in provincia Turritana, quam primatibus universis concedunt canonicè sanctiones³.

Datum *ut supra*.

56

<1204 luglio 3, Laterano>

<Innocenzo III>, essendo stato informato che gli ecclesiastici esenti della Sardegna sono soliti ricorrere, quando se ne presenta la necessità, non al foro ecclesiastico, ma a quello laico, ordina loro di smettere questa pratica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, f. 161r, ep. 111. A lato, una croce. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat. 6065*, f. 12; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5r.

55. ¹ Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

² Cfr. doc. 1.

³ Cfr.: *Decretum Gratiani*, D. 65 c. 4, 5; D. 80 c. 1, 2; C. 6 q. 4 c. 3; C. 9 q. 2 c. 8; C. 9 q. 3 c. 1, 8; *Decretales*, II, tit. 2, 3; *Decretales* 5, tit. 1, 2; (FRIEDBERG, *Corpus IC*, I, col. 250 ss., 279 ss., 564, 604 ss., 606, 608 ss.; II, 249, 733).

Cfr. docc. *44 e 58. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 44-45.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXI, coll. 392-393; HAGENEDER, VII, 111, pp. 174-175.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2267, p. 195; SCANO, I, XXVII, p. 18.

Exemptarum ecclesiarum prelati in Sardinia constituti.

Cum diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum¹, ex eo, quod Deum non diligatis, conicimus, quod bona vobis cooperantur in malum et libertas in pessimam degenerat servitutum. Accepimus etenim, quod exemptionis occasione, qua Sedes apostolica vos donavit, in libertatem, que vera servitus est, vos et ecclesias vestras nitimini vindicare, dum ecclesiasticum forum contempnitis et super causis ecclesiasticis etiam contenditis coram iudice seculari nec aliis quam terrenis iudicibus vos assertitis subiacere. Quia vero in preiudicium ecclesiastice libertatis insolentia hec redundat, universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus, cum inter vos aliquid habueritis questionis, adulare forum contra sanctiones canonicas vos invicem non trahatis² nec coram terre iudicibus vel officialibus eorundem presertim super causis ecclesiasticis contendatis, sed per nos vel legatum nostrum, cum in Sardinia fuerit, aut arbitros electos a partibus vestram prosequimini adversus personas ecclesiasticas rationem. Alioquin, quia privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, quoniam uti libertate nescitis, redigemus vos in perpetuam servitutum.

Datum *ut supra*.

57

<1204 luglio 3, Laterano>

<Innocenzo III>, informato da <Biagio> arcivescovo di Torres, che l'archipresbitero e i canonici di Torres sono inidonei a svolgere il loro ruolo a causa del loro comportamento simile a quello dei laici, autorizza

56. ¹ S. Paolo, Romani 8, 28.

² Cfr.: *Decretum Gratiani*, C. 11 q. 1 c. 3, 5, 6, 10, 12, 33-39, 42-44, 46; *Decretales* II, 2, 1 (FRIEDBERG, I, pp. 627-629, 635, 637-641; II, 248).

lo stesso <Biagio> – che aveva fatto una richiesta in tal senso – a sostituirli con persone più degne, o a procedere alla loro correzione.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, ff. 161r-161v, ep. 112. A lato, una croce. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 13; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5r.

Cfr. doc. 44.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXII, coll. 393-394; HAGENEDER, VII, 112, pp. 175-176.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2266, p. 195; SCANO, I, XXIII, p. 16.

. <Blasio>. *Turritano archiepiscopo*¹.

Si ab agro Dominico, cuius culture te Dominus deputavit, spinas et tribulos eradicare desideras, ut semen, quod est verbum Dei, in spineta non cadat sed tanto fructificet amplius, quanto terra in quam ceciderit, profundius purgata fuerit et magis diligenter exulta², laudabiliter officium tuum imples illudque notas se non superficietenus sed medullitus te ostendes³, quod ait Dominus ad Prophetam: «Ecce constitui te super gentes et regna, ut evellas et destruas et disperdas et edifices et plantes»³.

Gaudemus ergo, quod perditis male malis vineam tuam aliis agricolis vis locare⁴ amotisque ab Ecclesia Turritana . . . archipresbytero⁵ et canonicis, qui nil canonicum sapiunt, sed desipiunt potius et mundanis illecebris se involvunt, plantare in ea palmites canonicæ religionis intendis. Quia ergo, rectis dispositionibus nichil more debet vel difficultatis afferri⁶, fraternitati tue presen-

57. ² *La seconda -e- è una correzione su -i-.*

57. ¹ Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

² «in spineta [...] exulta»: allusione alla parabola del seminatore, cfr. Matteo, 13, 3-8; Marco, 4, 7-8; Luca 8, 4-8.

³ Geremia, 1, 10.

⁴ Matteo 21, 41.

⁵ Non se ne conosce il nome, questa è l'unica attestazione conosciuta.

⁶ Cfr.: *Decretum Gratiani*, D. 1 c. 1 (FRIEDBERG, I, p. 250).

tium auctoritate concedimus, ut, si absque scandalo fieri poterit, in eadem Ecclesia sublato appellationis obstaculo iuxta pium tue mentis propositum canonicos instituas regulares, archipresbytero et canonicis // memoratis alibi congrue provisurus, nisi forsan eorum aliqui velint in eadem Ecclesia induere religionis amictum et in ea decetero regulariter conversari. Quod si ex hoc scandalum sequeretur, ad correctionem archipresbyteri et canonicorum ipsorum, sicut ad te noscitur pertinere, diligenter ac prudenter intendas; eos, qui correctioni tue se duxerint opponendos, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota compescens^b.

Datum *ut supra*.

58

<1204 luglio 3, Laterano>

<Innocenzo III> ammonisce il giudice di Torres, <Comita>, per aver sottoposto al giudizio del proprio tribunale vari ecclesiastici, compresi alcuni vescovi. Poiché al giudice o a suoi sottoposti non è concesso giudicare alcun ecclesiastico, lo esorta a sospendere immediatamente e definitivamente questa pratica, se non vuole incorrere nella scomunica che egli ha già dato mandato di applicare da parte dei tre arcivescovi dell'Isola, se i giudici o altri laici non obbediranno al mandato.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 5*, ff. 161v-162r, ep. 113. A lato, accanto al titolo, una croce; sul lato sinistro della lettera, per tutta la lunghezza del documento, vi è una riga perpendicolare. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat. 6065*, f. 14; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5r.

Cfr. docc. *44, 57. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 44-45.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXIII, coll. 394-395; HAGENEDER, VII, 113, pp. 176-178.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2268, p. 195; SCANO, I, XXVIII, p. 19.

Nobili viro .<Comite>. iudici Turritano¹.

Cum lex inhibeat naturalis, ne aliis^a facias quod fieri non vis tibi², debes studiosius precavere, ne in divinam attemptes iniuriam, quod in offensam hominis facere prohiberis. Sane cum pondus et pondus, mensura et mensura³ utrumque sit abhominabile apud Deum⁴, sollicita debes meditatione pensare ne aliter metiaris^b Domino, quam tibi homines vis metiri^c, et in ministros eius eam tibi iurisdictionem usurpes, quam in ministros tuos non pateris alios vendicare.

Licet enim aliqui clericorum clericalem non sapiant honestatem, sed militie clericalis insignia infami turpis vite titulo dehonestant, eorum tamen infamia divine ipsos auctoritati non subtrahit, quominus ecclesiastico subsint iudicio, quod est eius, et sicut servus stat suo domino, sic et cadat⁵, sicut in familiaribus tuis et servis^d familiare tibi iugiter demonstrat exemplum, ut magnis minima comparemus. Si enim deliquerit servus tuus et merito super commisso crimine fuerit infamatus, numquid ideo iurisdicatio tua devolvetur ad alium, ut, qui subditus tuus fuerat ante culpam, in servitum alterius transeat post delictum, et excessum eius non valeas vindicare nec animadvertere in eundem, quantumcumque graviter te offendat?

Dolemus autem, quod hoc minus quam deceret attendens, tamquam in parem tibi Dominum reputares, clericos in sortem vocatos ipsius et, qui sunt hereditas Domini et Dominus hereditas eorumdem, non solummodo ipse iudicas, sed a tuis facis subditis iudicari, et in eam ipsos redigis servitum, ut ad laicale mandatum cogantur in causis civilibus coram seculari iudice testimonium perhibere. Cumque candentis ferri et aque frigide ac

58. ^a *In R* alii ^b *HAGENEDER*: metiri ^c *In R* meditari ^d *HAGENEDER*: servis tuis

58. ¹ Comita di Torres, cfr. APPENDICE 2.

² «ne aliis facias quod non vis tibi»: Matteo 7, 12; Luca, 6, 31. Cfr: *Decretum Gratiani*, D. c. 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, col. 1 e II, col. 212).

³ «pondus et pondus, mensura et mensura»: Matteo, 7, 2; Marco 4, 24; Luca, 6, 38.

⁴ Proverbi 20, 10.

⁵ S. Paolo, Romani 14, 4.

similia iudicia lex canonica non admittat⁶, benedicere ac interesse talibus compelluntur miseri sacerdotes et, si compellentibus parere noluerint, a curatoribus, in quorum habitant iurisdictione, pena pecuniaria perculluntur. Preterea quamvis ecclesie secundum terre consuetudinem habeant servos suos⁷, in eos tamen non possunt iurisdictionem debitam exercere, cum tam in causis civilibus quam aliis subire seculare iudicium compellantur. Insuper, quod est peius, non solum simplices sacerdotes iudicas, sed maiores, et in christos Domini et per eos in Christum dominum iurisdictionem tibi niteris vindicare.

Utinam, fili karissime, diligenter attenderes, quam orribile sit in manus Dei viventis incidere⁸, thesaurizare iram in die ire ac indignationem in te Altissimi provocare!⁹ Utinam diligenti meditatione pensares, quod nil prodest homini, si universum mundum lucretur et patiatur sue anime detrimentum, nec potest homo dignam commutationem pro anima sua dare!¹⁰ Utinam memoreris novissima tua iuxta sententiam sapientis, ut, cum intelligeres, quod nulla est redemptio in inferno, nunc, dum tempus habes, operareris bonum ad omnes et presertim ecclesias et viros ecclesiasticos honorares¹¹ et foveres in propria libertate, cavens sollicite, ne, si Ecclesiam despexeris in presenti, frustra requiras eius suffragium in futuro nec valeas obtinere, ut aliquis simplicium sacerdotum intinguat extremum digiti sui in aqua et refrigeret linguam tuam¹², si nunc illos superbe contempnas, in quibus Dominus honorari se asserit et contempni et quibus in Evangelio ipse dicit: «Qui vos tangit, me tangit, et qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei»¹³.

Monemus igitur nobilitatem tuam et exhortamur in Domino et in remissionem iniungimus pec(catorum), quatinus, cum

⁶ Cfr.: *Decretum Gratiani* C. 2 q. 5 c. 7/1, c. 20, 22; *Decretales* 5, tit. 14, 1, 2; *Decretales* 5, tit. 35, 1 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, coll. 457, 462-464, II, 805, 877 e ss.).

⁷ Cfr.: *Decretum Gratiani* C. 12 q. 2 c. 57, 67-69 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, coll. 705, 708).

⁸ «quam orribile ... incidere»: S. Paolo, Ebrei 10, 31.

⁹ «iram in te ... provocare»: S. Paolo, Romani 2, 5.

¹⁰ «nil prodest ... dare»: cfr.: Matteo 16, 26; Marco 8, 36; Luca 9, 25.

¹¹ «dum tempus ... honorares»: S. Paolo, Galati 6, 10.

¹² «ut aliquis ... linguam tuam»: Luca 16, 24.

¹³ Matteo, 25, 40-45.

omne datum optimum et omne donum perfectum a Patre luminum sit desursum¹⁴, contra eum, qui terrenum tibi contulit potentatum, non extendas improvidus manus tuas nec in ministros et servos ipsius indebitam tibi iurisdictionem usurpes, ne spolieris propriis, dum inhiaveris alienis; sciens, quod privilegium meretur ammittere, qui permessa sibi abutitur potestate. Sic igitur presumptionis et abusionis huiusmodi vitium de terra tua studeas extirpare sicque viros ecclesiasticos et Ecclesias in sua libertate conserves, ecclesiastico iudicio relinquens eosdem, ut, cum Dei ministros honoraris in terris, honorari ab eo merearis in celis illudque^e non cum reprobis sed cum iustis audire, «quod uni ex minimis meis fecisti, michi fecisti»¹⁵.

Nos autem venerabilibus fratribus nostris .<Blasio>. Turritano, .<Ricco>. Kallaritano et .<Bernardo>. Arborensi¹⁶ archiepiscopis et eorum suffraganeis precipiendo // mandavimus, ut tam te quam alios Sardinie iudices, qui clericos in seculari foro contra sanctiones canonicas¹⁷ coegerint litigare vel in aliis temere violaverint privilegium clericorum, nisi ad commonitionem eorum destiteritis a predictis, excommunicationis sententia feriant et excommunicatos faciant publice nuntiari.

Datum *ut supra*.

*59

<1204 ca. luglio 3, Roma, S. Pietro>

<Innocenzo III scrive all'arcivescovo di Torres, Biagio, e ai suoi suffraganei ordinando loro di scomunicare il giudice di Torres nel caso in cui costringa gli ecclesiastici a ricorrere al foro secolare anziché a quello ecclesiastico>.

L'esistenza di questo documento è attestata nel n° 58: Innocenzo III, rimproverando il giudice di Torres Comita per aver costretto gli ecclesiastici del proprio

58. ^e *La -d- è scritta sopra la riga.*

58. ¹⁴ «omne donum ... desursum»: S. Giacomo 1, 17.

¹⁵ Matteo 25, 40.

¹⁶ Cfr. APPENDICE 1.

¹⁷ Cfr. *Decretum Gratiani* C. 11 q. 1 c. 3, 5, 12, 33, 40, 43 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, coll. 627, 630, 635, 638 e ss.).

giudicato a ricorrere al tribunale laico anziché a quello ecclesiastico, lo informa di aver già scritto ai «venerabilibus fratribus nostri .<Blasio>. Turritano, .<Ricco>. Kallaritano et .<Bernardo>. Arborensi archiepiscopis et eorum suffraganeis» ordinando loro di pronunciare la scomunica sia contro lo stesso Comita, sia contro «alios Sardinie iudices», nel caso in cui questi dovessero costringere «clericos in seculari foro contra sanctiones canonicas [...] litigare, vel in aliis temere violaverint privilegium clericorum».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 44-45.

*60

<1204 ca. luglio 3, Roma, S. Pietro>

<Innocenzo III scrive all'arcivescovo di Cagliari, Ricco, e ai suoi suffraganei ordinando loro di scomunicare il giudice di Cagliari nel caso in cui costringa gli ecclesiastici a ricorrere al foro secolare anziché a quello ecclesiastico>.

L'esistenza di questo documento è attestata nel n° 58: Innocenzo III, rimproverando il giudice di Torres Comita per aver costretto gli ecclesiastici del proprio giudicato a ricorrere al tribunale laico anziché a quello ecclesiastico, lo informa di aver già scritto ai «venerabilibus fratribus nostri .<Blasio>. Turritano, .<Ricco>. Kallaritano et .<Bernardo>. Arborensi archiepiscopis et eorum suffraganeis» ordinando loro di pronunciare la scomunica sia contro lo stesso Comita, sia contro «alios Sardinie iudices», nel caso in cui questi dovessero costringere «clericos in seculari foro contra sanctiones canonicas [...] litigare, vel in aliis temere violaverint privilegium clericorum».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 44-45.

*61

<1204 ca. luglio 3, Roma, S. Pietro>

<Innocenzo III scrive all'arcivescovo di Arborea, Bernardo, e ai suoi suffraganei ordinando loro di scomunicare il giudice di Arborea nel caso in cui costringa gli ecclesiastici a ricorrere al foro secolare anziché a quello ecclesiastico>.

L'esistenza di questo documento è attestata nel n° 58: Innocenzo III, rimproverando il giudice di Torres Comita per aver costretto gli ecclesiastici del proprio giudicato a ricorrere al tribunale laico anziché a quello ecclesiastico, lo informa di aver già scritto ai «venerabilibus fratribus nostri .<Blasio>. Turritano, .<Ricco>.

Kallaritano et .<Bernardo>. Arborensi archiepiscopis et eorum suffraganeis» ordinando loro di pronunciare la scomunica sia contro lo stesso Comita, sia contro «alios Sardinie iudices», nel caso in cui questi dovessero costringere «clericos in seculari foro contra sanctiones canonicas [...] litigare, vel in aliis temere violaverint privilegium clericorum».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 44-45.

*62

<ante 1204 ottobre 13>

<Ithocor de Thori informa Innocenzo III di essere stato scomunicato per aver ucciso un chierico della diocesi d'Ampurias – non riconoscibile come tale perché vestiva come un laico e non portava la chierica – che gli aveva distrutto una vigna. Ithocor, che asserisce di non potersi recare presso la Sede apostolica, chiede di venire assolto, avendo scontato la pena>.

L'esistenza di questa lettera è chiaramente ricavabile dalla lettura del doc. 65 dove lo stesso Innocenzo afferma: «Sua nobis Ythocor de Thorum significatione monstravit quod ...».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 51.

*63

<ante 1204 ottobre 13>

<Biagio, arcivescovo di Torres, informa Innocenzo III che Ithocor de Thori è scomunicato per aver ucciso un accolito del vescovo di Ampurias che gli aveva distrutto una vigna>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dalla lettura del n° 65, dove Innocenzo dice che lo stesso Biagio affermava che Ithocor era ancora *annodato* dal «laqueo excommunicationis».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 51.

*64

<ante 1204 ottobre 13>

<Vari informatori riferiscono ad Innocenzo III che Bandino, predecessore dell'arcivescovo di Torres Biagio, aveva contratto, durante il suo

mandato, numerosi debiti che ora gravano pesantemente sulle casse della Chiesa turritana».

L'esistenza di queste informative è confermata dalle parole di Innocenzo nel doc. 66: «pluribus referentibus est delatum».

65

<1204> ottobre 13, Roma, S. Pietro

<Innocenzo III> informa l'arcivescovo di Torres <Biagio> di aver saputo da Ithocor de Thori che quest'ultimo si trova in stato di scomunica per aver ucciso un chierico della diocesi d'Ampurias – non riconoscibile come tale perché vestiva come un laico e non portava la chierica – che gli aveva distrutto una vigna. Ithocor, che asseriva di non potersi recare presso la Sede apostolica, chiedeva di venire assolto, avendo scontato la pena. Il pontefice incarica pertanto lo stesso <Biagio> di verificare la veridicità delle affermazioni di Ithocor ed eventualmente di procedere alla sua assoluzione, obbligandolo a usare per opere di pietà il denaro che avrebbe speso per recarsi presso la Sede apostolica.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 5, f. 170v, ep. 140. Sul margine il monogramma della *Nota*; cfr. HAGENEDER nota a.

Cfr. docc. *62 e *63. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 51.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXL, col. 430; HAGENEDER, VII, 140, pp. 227-228.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2300, p. 198; SCANO, I, XXIX, pp. 19-20.

.<Blasio>. *Turritano archiepiscopo.*

Sua nobis Ythocor de Thorum significatione monstravit, quod, cum bone memorie . . . Empuriensis episcopus . . .¹ quondam acolitum a domo sua propter excessus quosdam et enormia, que commiserat, expulisset, ipse habitum abiciens clericalem, intonso crine et sine corona in laicali habitu incedebat. Ipse autem et . . .² pater eius, qui adversus eundem I<thocor> graves inimicitias

65. ¹ Tutti e tre i personaggi sono noti solo attraverso questo documento, per il vescovo di Ampurias cfr. APPENDICE I.

² Il suo nome è sconosciuto, questo è l'unico documento che lo citi.

exercebant, sibi quandam vineam fere totaliter inciderunt, quandam in ea partiunculam relinquentes. Cumque postmodum dictus acolitus partiunculam illam, que remanserat et quam se destructurum predixerat, devastaret, idem I<thor>, casu fortuito superveniens, ipsum acolitum, instigante diabolo, interemit. Super quo cum iniunctam sibi penitentiam peregisset et tu eum adhuc excommunicationis laqueo propter hoc asseras innodatum, humiliter postulavit a nobis, ut eum, cum ad nostram presentiam venire non possit, faceremus absolvi³. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum secundum predicta ex habitu vel tonsura in eo deprehendere non potuerit ordinem clericatus, nisi per alia tibi constiterit argumenta, quod eum clericum esse cognosceret, nec tu ipsum tamquam excommunicatum evites nec ab aliis facias evitari. Alioquin eum secundum Ecclesie formam absolvas et eidem iniuncto, quod talibus consuevit iniungi, expensas, quas facturus fuisset ad Sedem apostolicam veniendo, itineris nichilominus redempto labore in opera pietatis facias erogari.

Datum Rome apud sanctum Petrum, III Idus Octobris.

66

<1204 ottobre 13, Roma, S. Pietro>

<Innocenzo III> – informato da più parti, che il defunto arcivescovo di Torres <Bandino>, predecessore di <Biagio>, aveva contratto numerosi debiti che ora gravano pesantemente sulle casse della Chiesa turritana – autorizza lo stesso <Biagio> a pagare solo quei debiti che erano stati contratti per le necessità e utilità della Chiesa turritana.

C o p i a d i r e g i s t r o : ASV, *Reg. Vat.* 5, ff. 170v.171r, ep. 141.

Cfr. doc. *64.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CXLI, coll. 430-431; HAGENEDER, VII, 141, pp. 228-229.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 2301, p. 198; SCANO, I, XXX, p. 20.

65. ³ *Decretum Gratiani*, C. 17 q. 4 c 29 (FRIEDBERG, *CorpIC*, I, coll. 822-823).

*Eidem*¹.

Ad audientiam nostram pluribus referentibus est delatum, quod bone memorie B<andinus>², predecessor tuus, quibusdam quedam instrumenta concessit, per que non modicam compelleris solvere pecunie quantitatem, propter quod Turritana Ecclesia incurrit non modicum detrimentum. Volentes igitur Turritate Ecclesie, sicut tenemur, indemnitatibus precavere, auctoritate tibi presentium indulgemus, // ne debita illa solvere iuxta sanctiones legitimas tenearis³, que conversa in usus Ecclesie non probantur.

Nulli ergo *et cetera* nostre concessionis^a. Si quis autem *et cetera*. Datum *ut in alia*.

*67

<ante 1205 maggio 5>

<Biagio, arcivescovo di Torres, chiede a Innocenzo III che incarichi l'arcivescovo di Cagliari, Ricco, di far da mediatore nella *querelle* che lo vede contrapposto ai monaci cassinesi di Nurki a proposito del pagamento del censo dovutogli per le chiese di S. Maria di Chennor e di S. Giorgio di Baratz>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dal n° 69 dove lo stesso Ricco di Cagliari, notificando l'accordo intercorso tra i monaci cassinesi e Biagio di Torres, afferma che il ruolo di mediatore gli era stato dato dal pontefice su richiesta dello stesso arcivescovo turritano.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

66. ^a In HAGENER: [et cetera].

66. ¹ Biagio di Torres, cfr. APPENDICE 1.

² Bandino, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

³ Cfr.: SCHOELL – KROLL, p. 585.

*68

<ante 1205 maggio 5>

<Innocenzo III incarica Ricco, arcivescovo di Cagliari, di fare da mediatore nella *querelle* che vede contrapposto l'arcivescovo di Torres, Biagio, ai monaci cassinesi di S. Pietro di Nurki, circa il censo dovuto allo stesso arcivescovo turritano per le chiese di S. Maria di Chennor e di S. Giorgio di Baratz>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dal n° 69 dove lo stesso Ricco di Cagliari, notificando l'accordo intercorso tra i monaci cassinesi e Biagio di Torres, afferma che il ruolo di mediatore gli era stato dato dal pontefice su richiesta dello stesso arcivescovo turritano.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

69

1205 maggio 5, Ardara

Ricco, arcivescovo di Cagliari, delegato dal papa su richiesta dell'arcivescovo di Torres B<iagio>, notifica l'atto con il quale lo stesso arcivescovo di Torres e i monaci cassinesi del monastero di Nurki sono giunti ad un accordo circa il censo dovuto allo stesso arcivescovo.

E d i z i o n i : GATTOLA, I, p. 427; CDS, I, sec. XIII, doc. VI, p. 308; SABA, *L'abbazia di Montecassino*, doc. XL, pp. 208-209. Si riporta qui l'edizione di Saba.

Cfr. docc. *67, *68 e anche *99, 100, *119-121. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

R e g e s t i : LECCISOTTI, X, n. 1, p. 150.

Riccus Dei gratia Kallaritanus archiepiscopus cunctis Dei fidelibus ad quos litere iste pervenerint salutem perpetuam. Cum prioratus de Nurchi deberet Turritano archiepiscopo pro ecclesia Sancte Marie de Chennor¹ solvere viginti^a pisane monete et pro ecclesia Sancti Iorgii de Barake² unam libram argenti, tam in con-

69. ^a In CDS: viginti solidos

69. ¹ Villaggio abbandonato nel giudicato di Torres, nell'attuale comune di Senori: TERROSU ASOLE, *Atlante*, p. 52.

² Baratz, nell'attuale comune di Alghero, TERROSU ASOLE, *Atlante*, p. 49.

secratione novi archiepiscopi, quam in adventu legati Romane Ecclesie censuali iure prebere et monachi illi per aliquod tempus dictum censum negligerent exhibere, et ad instantiam donni B<lasii> Turritani archiepiscopi causa ipsa sine debito terminanda mihi a domino papa commissa fuisset, in Turritana ecclesia constitutus, partibus coram me convocatis, cum dictus archiepiscopus in litis initio restitutionem census requireret et monachi predicti quoddam instrumentum bone memorie Alberti quondam Turritani archiepiscopi de relaxatione census ostenderet, et archiepiscopus non minus restitutionem census, quo iniuste fuerat expoliatus instanter repeteret, monachi praedicti de iam dicto censu, tam non soluto quam et solvendo se in sepe dicti archiepiscopi potestate omnibus modis dederunt, et ipse archiepiscopus tanquam vir religiosus et pius ad preces nostras et aliorum bonorum virorum omnem negligentiam tunc usque factam super solutionem census pro reverentia Dei et Cassinensis ecclesie relaxavit et in futurum dictos viginti solidos remisit in perpetuum, de dicta libra argenti dixit et statuit ut certis temporibus scilicet ut prius fuerat et supra scriptum est Turritano archiepiscopo semper et pacifice persolvatur, quam indulgentiam dicti monachi valde libenter et cum plena gratiarum actione receperunt et ut nulla possit quod factum erat deleri memoria huius conventionis facte seriem me scribere rogaverunt et proprio sigillo munire. Haec facta sunt in ecclesia S. Maria de Ardua, ubi pro concilio conveneramus.

Testes donnu Gregorius Authensis episcopus³ qui huius concordie auctor extitit principalis et donnus Ioannes Archipresbiter S. Gavini et donnus Iorgius Scarpa Prior S. Gavini et donnus Rafael et Iantus Merla⁴.

Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinto, indictione septima, tertio Nonas Madii.

³ Gregorio, vescovo di Ottana, cfr. APPENDICE 1.

⁴ Unica attestazione conosciuta dell'esistenza di questi personaggi.

*70

<post 1203 marzo 15-31 – ante 1205 maggio 29>

<Comita, giudice di Torres, giura fedeltà alla Sede apostolica, nelle mani dell'arcivescovo di Torres, Biagio>.

L'esistenza di questo documento è chiaramente ricavabile dal n° 73, dove Innocenzo, scrivendo all'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, afferma che tutti i giudici della Sardegna, a parte Guglielmo di Massa, hanno giurato fedeltà «nobis et Ecclesie Romane». Per il *post quem* cfr. doc. 32.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 132-143.

*71

<post 1203 marzo 15-31 – ante 1205 maggio 29>

<Ugo de Bas, giudice d'Arborea, giura fedeltà alla Sede apostolica, nelle mani dell'arcivescovo di Torres, Biagio>.

L'esistenza di questo documento è chiaramente ricavabile dal n° 73, dove Innocenzo, scrivendo all'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, afferma che tutti i giudici della Sardegna, a parte Guglielmo di Massa, hanno giurato fedeltà «nobis et Ecclesie Romane». Per il *post quem* cfr. doc. 32.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 132-143.

*72

<post 1203 marzo 15-31 – ante 1205 maggio 29>

<Elena, giudicessa di Gallura, e sua madre Odolina giurano fedeltà alla Sede apostolica, nelle mani dell'arcivescovo di Torres, Biagio>.

L'esistenza di questo documento è chiaramente ricavabile dal n° 73, dove Innocenzo, scrivendo all'arcivescovo di Pisa, Ubaldo, afferma che tutti i giudici della Sardegna, a parte Guglielmo di Massa, hanno giurato fedeltà «nobis et Ecclesie Romane». Per il *post quem* cfr. doc. 32.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 132-143.

73

<1205> maggio 29.

<Innocenzo III> rimprovera l'arcivescovo di Pisa, <Ubaldo>, per essersi fatto prestare un giuramento di fedeltà per sé e la Chiesa pisana da <Guglielmo di Massa>, giudice di Cagliari, pur sapendo che la Sardegna appartiene alla Sede apostolica e non avendo mai ottenuto da quest'ultima alcuna concessione temporale sull'Isola. Poiché già in precedenza il pontefice aveva ordinato all'arcivescovo di liberare il giudice di Cagliari dal giuramento di fedeltà prestato alla sede arcivescovile pisana, senza ottenere risultati, il papa ordina perentoriamente ad <Ubaldo> di sciogliere <Guglielmo di Massa> dalla fedeltà alla Chiesa pisana, affinché possa prestare giuramento alla Sede apostolica come hanno già fatto gli altri giudici. In caso contrario, minaccia di privare la Sede arcivescovile pisana dei privilegi concessi dalla Sede apostolica dei quali gode nell'Isola.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 7, f. 26r, ep. 79. C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 18; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Clementis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5r. Si fa riferimento a questa lettera anche in un indice [I] conservato presso l'ASV: ASV, *Subsidia*, Indice 254, f. 9v: «LXXX. In primis quod Sardinie ad ius et proprietatem Romane Ecclesie noscitur pertinere, ut in litteras: "Miramur" etc.».

Cfr. docc. *28, 32-34, 38, *44, 54, *70-72, 78, *82, 88, 130, *138, *141-145, 147. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 132-143.

E d i z i o n i : HAGENER, VIII, 80, p. 145.

R e g e s t i : MIGNE, vol. 215, doc. LXXIX, col. 647; POTTHAST, I, 2526, p. 216; SCANO, I, XXXI, pp. 20-21.

.<Hubaldo>. archiepiscopo Pisano¹.

Miramur plurimum et movemur quod cum Sardiniam ad ius et proprietatem Romane Ecclesie noveris pertinere a nobili viro .<Wilelmo>². marchione Karrolitano iuramentum fidelitatis pro te ac Pisana Ecclesia recepisti cum in Sardinia nichil temporale

73. ¹ Cfr. doc. 1, nota 1.

² Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, cfr. APPENDICE 2.

tibi et Ecclesie tue fuerit ab Ecclesia Romana concessum. Miramur autem amplius et movemur quod, cum tibi dederimus in mandatis ut eundem nobilem a prefato tibi iuramento fidelitatis absolveres et mandares eidem ut fidelitatem nobis facere non differret, tu quod mandavimus adimplere hactenus contempsisti^a.

Quia vero apostolice Sedis iniuriam dissimulare nec volumus nec debemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus et districte precipimus, quatinus marchionem ipsum a prestito tibi iuramento fidelitatis absolvas et iniungas eidem ut non differat nobis et Ecclesie Romane iurare sicut iam alii iudices Sardinie iuraverunt. Alioquin cum ad inconcessa manus extendas, tibi erit merito formidandum ne concessis auctoritate nostre priveris et privilegium merearis amittere si quid tibi ultra concessam usurpaveris potestatem³.

Datum .IIII. Kalendas Iunii.

74

1206, marzo 1, Roma, S. Pietro

<Innocenzo III>, avendo ricevuto tra gli altri da parte dell'arcivescovo di Cagliari la richiesta di poter cedere il proprio incarico vescovile, gli ricorda che non possono essere considerati motivi validi per abbandonare la carica la propria umiltà o il desiderio di una vita sobria. Il vescovo può lasciare per cinque motivi: la *conscientia criminis*, la *debilitas corporalis*, il *defectus scientiae*, la *malitia plebis*, la *irregularitas personae*, e, anche in questi casi, solo se il motivo è di reale impedimento al corretto svolgimento della propria funzione pastorale. Il pontefice gli ricorda inoltre che sarebbe molto grave se il proprio desiderio di abbandonare fosse legato alla pusillanimità, alle eventuali persecuzioni subite o, peggio ancora, alla vanità o al desiderio di gloria terrena. Né è accettabile che si ceda la carica per favorire la successione di qualcun altro. Il pontefice esorta pertanto l'arcivescovo a ripensare a quali siano i reali motivi che lo hanno spinto a chiedere il permesso di abbandonare l'ufficio vescovile: se lo ha

73. ^a *In R* contempsisti

73. ³ *Decretum Gratiani*, II, C. 11 q. 3 c. 63 e C. 25 q. 2 c. 23 (FRIEDBERG, I, 660, 1018).

fatto per motivi utili e onesti, è autorizzato a cedere con il suo consenso, in caso contrario il permesso gli è negato.

Viene qui riportata l'edizione di Migne, adattata ai criteri di questa edizione.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, coll. 801-810, doc. I, *Decretales*, Lib. I, tit. 9, cap. 10 (FRIEDBERG, II, coll. 107-111).

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 47-48.

Calarritano episcopo [*al. Tralatan., al. Claretan.*] Episcopo^a.

[*Nisi cum pridem*] «^bin officio pastorali ad divinum servitium accessiti, praeparasse te ad tentationem animum crederemus, ac praevidisse prudenter, nequaquam in humana fragilitate consistere, varios angustiarum angores, quos te in ipso sciebas officio perpressurum, posse absque magno Dei adiutorio sustinere, formidarem utique ne parvulos tuos postmodum ad petram allidere neglexisses, eosque tantum in te permiseris invalescere, ut ipsorum suggerentium tibi suscepti ministerii cessionem instantiae vix jam valeas repugnare. Verum, quoniam, sicut credimus, cum te scires contra spirituales nequitias pugnaturum, armaturam Dei, qua posses stare, contra insidias tentatoris, ab Apostolo monitus induisti, et inexpertus non ignorasti sollicitudinis pastoralis angustias, quas forsitan expertus abhorres, nescimus cur tam instanter susceptum velis regimen inutiliter derelinquere, quod suscipiendum utiliter non deberes usquequaque *vitare*^c».

[^d*Si enim* in huiusmodi cessione frugem tibi *sanctioris*^e vitae promittis, scire te debes non esse sanctificato in utero sanctiorem, et ideo non *oportere* te praedicationis jam susceptae deserere ministerium, cum ille, cuius *ante*^f fieri bajulus recusabat, tandem praedicandum *recepit* Dei verbum.

74. ^a *Epistolae hujus fragmenta reperiuntur in Decretalibus, lib. I, tit. 9, De renuntiatione, cap. 10, ubi episcopo Arelatensi directa dicitur. Lacunas fere omnes explevit Pithoeus, ex veteribus codd. Vatic. Nos, integram, numerisque omnibus absolutam exhibemus, ad fidem apographi Conti. Quae in Decretalibus leguntur, hic uncis inclusa sunt; quae apud Pithoeum in additionibus, duplici ad initium cujusque lineae in margine virgula dixinimus, varias etiam lectiones, tam ex Decretalibus ipsis, tum ex additionibus apud Pithoeum, ad majorem diligentiam notavimus.* ^b *Quae sequuntur desunt in Decretalibus. Leguntur in additionibus, edition. Pithoen. Tom. II, p. 32.* ^c *Huc usque Pithoeus, in add., qui legit irritare pro vitare.* ^d *Quae sequuntur, in Decretalibus.* ^e *In Decretal. deest, quae mox melioris legit pro sanct. et oportet pro oporteret.* ^f *Decretal. om. et mox susceperit legunt pro recep.*

Quod si forsā humilitatis causa de culmine quaeris pontificati descendere, *ac contra superni nutus arbitrium, datum tibi per illud niteris deserere praesalutum*^g, eo ipso videris humilitatis *erigere*^h male verticem, quo te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem, quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum et per eam locum sublimem fugies, et per obedientiam non dimittes.

Intueri te itaque, *venerabilis frater in Christo*ⁱ, volumus, quod haec sunt illa, propter quae potest cedendi episcopus *officio pastoralis* licentiam postulare conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiae, malitia plebis, irregularitasque personae.

Sed in his omnibus est adhibenda discretio, et observanda cautela.

Propter conscientiam enim criminis, cedendi *pastoralis officio* potest licentia postulari, et forsā non cujuslibet, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officio executio, post peractam etiam paenitentiam, impeditur. *Cum enim, quacunq̄ hora peccator conversus fuerit, omnium iniquitatum suarum non recordari se Dominus fateatur, ei neminem esse sine peccato sacra Scriptura testetur, apparet quod non per cujuslibet criminis conscientiam quemquam cederet oporteat officio pastoralē*, cum, si, omnes, quos *redarguit* conscientia cujuslibet culpae, cederent, pauci, vel nulli forsā, in ipso^k ministerio remanerent. *In multis enim offendimus omnes, et, si dereximus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est, quae misericorditer illum excusat, qui miserabiliter se accusat*^l.

Debilitas vero *corporis*^m causa est, *propter quam aliquis potest petere ab onore sollicitudinis pastoralis absolvi*ⁿ, quae videlicet^o vel ex infirmitate, vel ex senectute procedit, nec tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exsequendum officium pastorale. Nam, si pro qualibet corporali debilitate susceptae servitutis officium *potest* desereri, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatibus gloriari, *senectute gravatus quispiam a cura se non debet omnino pastoralis regiminis excusare*, cum cedere, quam

^g Haec desunt in Decretal. ^h Decretal., eligere. ⁱ Desuunt in Decretal., ut quae sequuntur off. past. et infra past. off. et voculam etiam. ^j Haec desunt in Decret. Apud Pithoeum. ^k Decret., arguit, et mox forsā om., et illo legunt pro ipso.

^l Desunt in Decret. Leguntur vero in add. apud Pith. ^m Al corporalis et add. alia.

ⁿ Haec desunt in Decretal. ^o Desunt in Decretal. ut mox videlicet infra legunt posset pro potest et om. senectute excusare.

moralis maturitas, quae in senibus solet esse, ipsum in suo suadeat officio permanere. Pro talibus enim de se dicit Apostolus: «Cum^p infirmor, tunc fortior sum (II Cor. XII)^q» quia nonnunquam infirmitas corporis fortitudinem cordis augmentat.

Pro defectu quoque scientiae plerumque potest quis pastoralis officii petere cessionem, quia, cum ipsa circa spiritualem administrationem sit potissimum necessaria, et circa curam temporalium opportuna, praesul, qui commissam sibi debet Ecclesiam regere in utrisque, salubriter *eius regimini abrenuntiat*^r, si scientiam, in qua ipsam regat, ignorat; *quoniam, cum subjectos docere habeat quid facere debeant, quid carere, nec bene docebit eos quod nescierit ipse fugere, nec illud quod ignoraverit exercere.* «Tu enim,» inquit Dominus, «scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sacerdotio mihi fungaris (Ose. IV).» Quanquam, etsi desideranda sit eminentis scientia in pastore, in eo tamen sit competens toleranda, quia, secundum Apostolum «Scientia inflat, charitas autem aedificat (I Cor. VII)»; et ideo imperfectum scientiae supplere potest perfectio charitatis.

Propter malitiam *quoque*^s plebis cogitur interdum praelatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo durae cervicis existit, *et in rebellionem suam ita pertinax invenitur*, ut proficere nequit apud ipsam, sed, propter ejus duritiam, quo magis proficere satagit, eo magis justo iudicio deficere permittatur, dicente Domino ad prophetam: «Linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, quia Dominus exasperans est, (Ezech. v)». Et Apostoli leguntur dixisse Judaeis: «Ecce convertimur ad gentes, quia verbi Dei vos fecistis indignos (Act. XIII)». Non tamen pro qualibet culpa pastor debet deserere gregem suum, ne forte mercenario comparetur, qui «videt lupum venientem, et dimittit oves et fugit (Joan. x)»; sed de superioris licentia tunc demum potest non tam timide fugere, quam provide declinare, cum oves convertuntur in lupos, et qui debuerant humiliter obedire, jam irrevocabiliter contradicunt, cum, etsi tales graviter sint pro crimine puniendi, sint tamen pro tempore uliliter, tolerandi, quia sanguinem elicit, qui nimis emungat.

Pro gravi quoque scandalo evitando, cum aliter sedari non potest, licet episcopo potere cessionem, ne plus temporalem

^p In MIGNE: Cnm. ^q In uno veteri Codd. additur, et potens. ^r Decretal. legunt ei renuntiat, et mox om. quoniam ... exercere. ^s Decretal. autem, et mox om. et in ... inven.

honorem quam aeternam videatur affectare salutem, memor illius quod dicit Apostolus: «Si esca scandalizaverit fratrem meum non manducabo carnem in aeternum (Cor. VIII); *ne fratrem meum scandalizem*^t». Sed, inter scandalum et scandalum est subtiliter distinguendum, *sicut* (sic) Dominus ipse distinxit, cui cum dixerent apostoli: «Scis quia Pharisei audito hoc verbo scandalizantur? (Matth. XV)» respondit: «Sinite, caeci sunt, et duces caecorum (ibid.)». Alibi vero dixit: «Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola assinaria in collo ejus, et demergatur in profundum (Matth. XVIII)». *Nam etsi necesse sit ut scandala veniant, vae tamen illi per quem scandalum venit!*^u.

Personae vero irregularitas, ut si forte sit bigamus, *viduaeque*^v maritus, est causa propter, quam licentiam petere potest aliquis resignandi *pontificii dignitatem*, Apostolo attestante, qui dicit: «Oportet episcopum esse unius uxoris virum (I Tim. III)». Non tamen propter quamlibet irregularitatem personae debet ei, qui regulariter *ministraverit*^w, cedendi licentia indulgeri, *ut, puta*, si de legitimo matrimonio non sit natus; quia, licet irregularitatem hujusmodi non debuerit subicere, si tamen et culpa latet, et causa, cum eo, qui laudabiliter suum implevit officium, injuncta sibi poenitentia competenti, potest non minus utiliter quam misericorditer dispensari. «Ego sum, inquit Dominus, zelotes, vindicans peccata patris in filios, usque in tertiam et quartam *progeniem*^x, in his qui oderunt me (Exod. xx)» id est, in illis qui contra me et paternum odium imitantur. Unde patet quod illis, qui paterna vitia non sequuntur, propriae possunt in talibus suffragari virtutes, illo discretionis adhibito moderamine, ut inter nothos et manzeres^y, naturales et spurios distinguatur.]

^z«Cum autem plerumque vitia se virtutes esse *menti minus providae*^{aa} mentiantur, subtiliter advertere te oportet utrum resignandi propositum, quod tam ferventer *gestare videris*^{bb} in pectore, dignum sit Dei odio vel amore. Si enim propter causam aliquam praemissarum cedere postulare, tam super causa quam

^t Haec Decr. om. ^u Desunt in Decr. ^v Decretal., vel viduae, et mox omitt. pont. dign. ^w Decretal. legunt ministravit, et mox utpote pro ut puta. ^x Decret. generationem. ^y Sic vocat eum qui ex scorto natus est, inquit vetus interpret. Vide cardinalem Paliotum, Lib. de no his et spuriiis. ^z Quae sequuntur desunt in Decretalibus; verum reperiuntur apud Pith. in add. ^{aa} Haec apud Pith. desunt. ^{bb} Pith. gestas, et mox affectu pro effectu.

super ejus *effectu* pariter doleremus. Sed ne *sub improvidae*^{cc} pietatis amictu, ad resignandum *detestabilis* impietas te impellat, considerare te volumus, et alias esse causas propter quas male quis petit, et pejus appetit officium hujusmodi resignare. Si enim ex pusillanimitate fortassis, ut laborem deponat, vel persecutionem effugiat, aut ex vanitate, quod absit! ut plenius vacet otii, seu liberius indulgeat voluptatibus, curam vult aliquis deserere pastorem, ab ea non meretur absolvi, quamvis per hujusmodi vanitatem, tanquam qui mortaliter peccat, ea se reddat indignum; sed satagere debet ut, vanitate deposita, satisfaciat de peccato. Aliam vero cedendi causam omnino credimus detestandam, si quis *videlicet* a pontificali velit descendere dignitate, ut gloriam caperet humanam, tanquam eligat abjectus esse in domo Domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, vel ut mundanum non amittat *honorem*, quem per hypocrisin acquisivit, sive quod ejus simulatio revelari jam incipit, sive quod fervor ipsius ex qualibet causis tepescit, nec vult videri quod malus fuerit, aut quod fiat, et ideo sub religionis praetextu suam vult contegere pravitatem, ut, quasi deserens Martham, amplectetur Mariam, et, Liae fastidians lippitudinem, Rachelis pulchritudinem concupiscat. Quid autem, si propterea velit cedere quod tempore prosperitatis, arridente fortuna, visus est laudabiliter ministrasse, quoniam omnia sibi prospere succedebant; sed, adversitatis tempore imminente, veretur ne, si quolibet casu sinistra contingant, *ipsius* negligentiae imputetur. Plane, si propter hoc petit cedere nautae se *potest* improvido comparare, qui, cum, mari sub tranquillitate jacente, sine multo labore navis exercuerit gubernaculum, ipsam, *tempestate surgente*, deserit, et devenire patitur in profundum. Illam quoque cedendi causam penitus detestamur, si forte cedere velit episcopus, ut alter sibi succedat vel obtentu pretii, vel affectu carnali, vel ut, cum pejor sibi successerit, ipse velut optimus extollatur. Illud autem quasi nefas respuimus et damnamus, quod episcopus, propter occupationes mundanas, et sollicitudines saeculares non valeat sine crimine pontificale officium exercere, cum multos sanctos Ecclesia veneretur, qui spiritualia simul et temporalia ministrarunt. Verumtamen, laeva debet esse sub capite, et dextera in amplexu. Sed, et illud te volumus advertere diligenter,

^{cc} *Pith.* providae, et mox detestabilius pro detestabilis. *Infra* aut legit pro videl., favorem pro honorem, illius pro ipsius, poterat pro potest, tempore necessitatis pro tempest. surg.

ne forte, *per*^{dd} hoc tuae dispositionis propositum, effici velis ex illis de quibus dicitur per Prophetam: «Fili Ephrem, intendentes arcum et mittentes sagittas, conversi sunt in die belli (psal. LXXVII)»; cum potius pro domo Israel murum debeaste opponere ascendentibus ex adverso; quia, juxta sententiam Veritatis, non qui incoeperit, sed qui perseveraverit, salvus erit; cavens *attentius* ne maculam in gloria tua ponas, non solum apud homines, sed etiam apud Deum, quoniam sub hoc pallio te non poteris occultare, nedum apud Deum, qui renes rimatur et corda, sed nec etiam apud homines, qui ex verisimilibus conjecturis talia suspicantur. illud que prudenter attendas, quod, juxta sententiam Sapientis, sanctus Spiritus disciplinae effugit fictum, et auferet se a cogitationibus quae sine intellectu consistunt. Si vero, pro tuenda Ecclesiae libertate, difficultatis onus incurrere pertimescis, non ideo deserere debes praesulatus honorem, considerans diligenter ne forte justo iudicis tenteris ab illo qui malorum est intentator, ut probetur utrum satisfacere velis in eo in quo *forsan* deliquisti. Qui vero contemnit, aut negligit satisfacere pro delicto, thesaurizat sibi iram in die irae, cum revelabit Deus abscondita tenebrarum. Ecce quidem admovimus tibi speculum, ut te ipsum contempleris in ipso, tuamque conscientiam perscrutatus, agnoscas ex qua causa cedendi licentiam postules importune. Nos enim (novit Altissimus), ignoramus quare in cedendi proposito perseveres, quoniam nec infirmitas corporis, nec longaevitas temporis, nec defectus scientiae, nec malitia plebis, nec irregularitas personae, te reddit ineptum, neque conscientiam saevi criminis te fatearis habere^{ee}.

^{ff}Verum, si propter alias causas cessionem, affectes, non est in hoc postulanti favendum, cum hujusmodi postulatio videatur non esse discreta; quoniam (ut id tanquam notissimum omittimus, quod otiositas et voluptas arma sunt hostis antiqui ad miserarum animas captivandas), propter laboris angustias, aut persecutionis incursus, non debes deserere sponsam tuam, cui^{hh} te fide media copulasti, sciens, quod «Beati sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam (Matth v),» quoniam, cum probati

^{dd} *Pithoeus hanc vaculam om., et mox suas add. post sagittas; et attente legit pro attentius, et infra verbum forsan non habet.* ^{ee} *Hactenus apud Pith. in add.* ^{ff} *Rurus in Decretalibus.* ^{gg} *Decretal. add. tibi.* ^{hh} *In Decretal. add. defigendo manum apud extraneum, te, etc. in uno veteri Vaticano, Cod. cit. a Pith. in marg. cui defungendum manum tuam ap. extr. te, etc.*

fuert, accipient coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se.

Sed dices, quod «spiritus ubi vult spirat, et nescis unde veniat, aut quo vadat (Joan. III)», et ideo non est qui possit vias illius spiritus perscrutari; qui vero Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, quoniam «ubi Spiritus Dei, ibi libertas (II Cor. III)»: quare, si cedendi licentia tibi ab homine data non fuerit, nihilominus tamen cedes, quia data est tibi cedendi libertas a Deo. Certe, desipis, si sic sapis. Nam, quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? Si enim vera sunt quae praemisimus, imo, quia indubitanter sunt vera, procul dubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid *horum*ⁱⁱ contra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis. Porro, si dicas, quod forsitan est alia latens causa, propter quam cedendi voluntas tibi coelitus inspiratur; et nos siquidem respondemus: Tu, quomodo scis quod talis inspiratio sit coelestis? Nonne recolis quid ille gloriosus pontifex dixerit, cum coepisset viribus corporis repente-destitui? Domine, inquit, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua, illius secutus exemplum qui dixerat: «Cupio dissolvi et esse cum Christo (Philipp. I)» manere autem in carne necessarium est propter vos.

«ⁱⁱQuia igitur diversas tibi causas *super* hac causa distinximus, et, propter quam *earum*^{kk} cedere desideres, ignoramus, te ipsum tibi duximus committendum, ut, de propriae mentis tribunali te iudicans, videas, si sic possis resignandi desiderio satisfacere, ut gregis tibi commissi curam sine culpa valeas declinare. Si enim cedendo proficere appetis tibi soli profectui tuo sine dubio tantum subtrahis, quantum quod impendere poteras, aliis non impendis quia tunc majora tuo animae lucra conquirerea cum sine tua salute salutem plurium procurares. Potioris est enim meriti, secum Deo quemquam plurimos lucrifacere, quam salutem propriam quaerere sine illis quorum salus ad eius curam noscitur pertinere^{ll}». [^{mm}Quippe, si, *quantacunque virtutum dote* refulgeas, et in te non habeas charitatem nihil *comproberis*ⁿⁿ habe-

ⁱⁱ *Decretal. om. horum.* ^{jj} *Haec in decretalibus desunt, reperiuntur apud Pith. in add.* ^{kk} *Apud Pith. sub, et infra causam legit pro earum.* ^{ll} *Huc usque, in add. apud Pith.* ^{mm} *Rursus in Decretalibus.* ⁿⁿ *Decret. leg. Quantocunque virtutum flore, et mox, te comprobaris, pro comproberis.*

re, *sub quo virtutis praetextu deponere quaeris onus pastoralis sollicitudinis quod vix potest absque jactura deseri charitatis?*^{oo}.

Nulla quidem major poterit esse charitas, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Joan. xv). Cum autem propter hanc te deceat animam tuam pro subditis tuis ponere, nulla occasione, dummodo proficere ipsis possis etsi non omnibus, tamen multis, ab eorum regimine te convenit excusare, quoniam, si laboris causam praetendis, exemplum te Apostoli sublevabit (1 Cor. xv), qui suadet tibi, laborem huiusmodi non refugere, dum se asserit pro communi salute plus creteris laborasse, quia, licet non semper sequatur laborem effectus, nihilominus tamen ipse labor est meritorius apud Deum, juxta quod legitur: Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum (*Sap. x*)^{pp}.

«^{qq}Sed esto quod multum hactenus laboraveris, et bonum certamen certaveris, cum eodem Apostolo possis dicere; tamen, ut corona tibi justitiae de reliquo reponatur, cursum te decet perfecti operis consummare. Quantumlibet enim in angustiarum doloribus, qui comitantur officium pastorale, noctes tibi laboriosas enumeres, et, tanquam fatigatus cervus, umbram quietis affectes, quantumlibet, inter viae *squalores angustians*^{rr}, patriae dilectione traharis, et, velut emeritus mercenarius, operis tui finem anxius prestoleris, expedit tibi tamen virtutem in infirmitate perficere, et pugnam tuam perseverantia coronare; sciensque quod apud extraneum defixeris manum tuam cum animas tibi commissi gregis in tuam animam suscepisti, non sic debes portum tibi quietis appetere, ut navigantes hactenus tecum filios sine remigis adiutorio patiaris in hoc mari magno et spatioso cum timore naufragii fluctuare^{ss}.»

[^{tt}Nec putes quod ideo Martha malam partem elegerit quae circa plurima satagebat, quia Maria optimam partem elegit, quae non aufertur ab, ea (Luc. x), quoniam, licet illa sit magis segura, ista tamen est magis fructifera, et licet illa sit magis suavis, ista tamen est magis utilis, cum in fecunditate sobolis, lippitudo Liae Rachelis pulchritudini sit praelata (Genes. XXIX). Quamvis simul in unum et contemplativus esse valeas et activus, legislatoris exemplo, qui nunc ascendebat in montem, ut ibi gloriam Dominicum majori cerneret, libertate (Exod. XXIV), nunc vero

^{oo} Haec desunt in Decretal. ^{pp} Hactenus in Decretalibus. ^{qq} Denuo apud Pith. in add. ^{rr} Pith. legit catores et angustias. ^{ss} Huc usque Pith. in add. ^{tt} Rursus in Decretalib.

deseendebat in castra, ut cum utilitate majori necessitatibus populi provideret. Quapropter, facilius indulgetur, ut monachus ad praesulatum ascendat, quam praesul ad monachatum descendat^{uu}.]

«^{vv}*Monemus ergo*^{ww} fraternitatem tuam, et hortamur attentius, per apostolica scripta mandantes quatenus, illam vocem Davidicae imprecationis abhorrens, tibi que formidans eam per effectum operis adaptari, quae dies impii paucos fieri, ut episcopatum ejus alter accipiat, imprecatur.» [^{xx}laborem pastoralis regiminis non recuses, *jactansque tuum in Domino cogitatum, nihil contra voluntatem Altissimi statuas de te ipso, qui cum te suo viderit esse populo necessarium, forsitan grave ferret, cum ipsum a te contingeret esse neglectum, ac*^{yy} fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere, qui sibi apud te divertentis previsses cum Martha sollicita ministrare^{zz}.]

Copia di registro [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 20; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Cle-

98. ⁵ *Decretum Gratiani*, II, C. 35 q. 1-5 (FRIEDBERG, I, coll. 1261-177).

mentis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5v.

Cfr.: docc. *119-120 e anche *67-69, 121. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

E d i z i o n i : MIGNE, 215, doc. CXLVI, col. 975.

R e g e s t i : POTTHAST, doc. 2868, p. 245; SCANO, I, 37, p. 24.

.<Blasio>. *archiepiscopo Turritano*¹.

Dilectus filius .R<offredus>². tituli sanctorum Marcellini et Petri presbiter cardinalis, Casinesis abbas, nobis humiliter supplicavit ut, cum monasterium Casinense^a ecclesiam Sancte Marie de Thergo per centum annos et ultra possederit sine lite, nichil umquam nomine census pro ea Ecclesie Romane persolvens sicut prelati et subditi omnes qui fuerunt in ea asseverant constanter, tibi scribere dignaremur quatinus non exigas censum ab ecclesia memorata. Licet igitur census et munimenta publica secundum leges humanas sint testibus potiora, volentes tamen abbati morem gerere supradicto, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus audias que idem ad excusationem suam duxerit proponenda^b et, si legitime poterit edocere quod dicta ecclesia ad solutionem census minime teneatur, ipsam ab eiusdem solutione prorsus absolvas; alioquin ipsam ad solutionem census eiusdem iuxta traditam tibi formam appellatione remota compellas.

Datum Ferentini, VI Idus Augusti, anno nono.

*101

<post 1206 maggio 11 – entro 1206 agosto 17>

<Innocenzo III esorta Elena di Gallura a non rimandare ulteriormente la consumazione delle nozze con Trasmondo di Segni, minacciandola, nel caso non obbedisca, di scomunicare lei e tutti i suoi fautori e di lanciare l'interdetto sul giudicato>.

100. ^a MIGNE: Casinense monasterium ^b MIGNE: proponendum

100. ¹ Biagio arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

² Roffredo, abate di Montecassino dal 9 luglio 1188 al 30 maggio 1209: GATTO-LA, *Historia*, II, p. 435. Cfr anche docc. *99, 120, 121.

L'esistenza di questo documento è chiaramente attestata dal pontefice nel n° 103, dove dice di aver scritto alla giovane, ammonendola tramite «apostolica scripta» e ordinandole «ut omni occasione ac dilatione cessantibus initiatum coniugium tam libenter quam liberaliter consumare procuret».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

*102

<post 1206 maggio 11 – entro 1206 agosto 17>

<Innocenzo III scrive a Odolina, madre di Elena di Gallura affinché non impedisca o faccia impedire la consumazione delle nozze tra la figlia e Trasmondo di Segni, minacciandola, nel caso non obbedisca, di scomunicare lei, la figlia e tutti i suoi fautori e di lanciare l'interdetto sul giudicato>.

L'esistenza di questo documento è chiaramente attestata dal pontefice nel n° 103, dove dice di aver scritto alla donna, ammonendola tramite «apostolica scripta» e ordinandole «quatinus nec impediatur nec faciat impediri, quominus item prefatos consobrinum nostrum et natam suam initiatum coniugium consumetur».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

103

1206 agosto 17, Ferentino

<Innocenzo III> riferisce agli arcivescovi e vescovi della Sardegna il suo disappunto perché E<lena> di Gallura rimanda la consumazione del matrimonio che ha giurato a T<rasmondo>, cugino dello stesso pontefice, adducendo pretesti di nessun valore. Li informa di aver già scritto sia alla giovane sia alla madre affinché non si perda ulteriore tempo, minacciandole di scomunicare e di gettare l'interdetto sul giudicato. Ordina agli arcivescovi e ai vescovi, nel caso le due donne non eseguano le sue prescrizioni, di dichiarare la loro scomunicare e l'interdetto in Gallura, nonché di far sì che gli altri giudici dell'Isola facciano tutto ciò che è in loro potere per costringere E<lena> e sua madre a rispettare gli impegni presi nei confronti dello stesso papa e di T<rasmondo>.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat.* 7, ff. 110r-111r, ep. 146.
C o p i a d i r e g i s t r o [R1]: Bib. Vat., *Vat. Lat.* 6065, f. 21; (*Sedis apostolice iura super insulis Sardinie et Corsice ex variis pontificum libris collecta* per Domenicum Rainaldum Vaticananae Bibliothecae custodem sub pontificatu Cle-

mentis Octavi eique tradita). Una copia dell'indice di [R1] è conservata in ASV, *Arm XXXV*, tomo 113, il documento in questione è citato al foglio 5v.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101, 102, *106-109, *112-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

R e g e s t i : MIGNE, vol. 215, doc. CXLVII, col. 975; POTTHAST, I, 2870, p. 246; SCANO, I, XXXVIII.

Universis archiepiscopis et episcopis per Sardiniam constitutis.

Quantumcumque nobilis mulier .E<lena>¹. domina Gallurensis sit potens et nobilis ut tamen cum suo loquamur honore, nobilitatem et potentiam nostri generis non excedit nedum apicem apostolice sublimitatis attingit quem statum suum magis excedit quam distet oriens ab occasu² cum et terra Galluris sicut tota Sardinia immediate // pertineat ad ius et proprietatem apostolice Sedis ac per hoc nobis tamquam famula domino tenetur obnoxia, unde secundum rationem et consuetudinem secularem in aliis etiam provinciis observatam, ipsa que tamquam pupilla dispositioni nostre dinoscitur esse relicta sine nostro consilio et assensu non potest accipere virum, presertim alium cum iam in dilectum filium .T<ransmundum>³. consobrinum nostrum expresse consenserit ipsumque consensum dilectus filius .<Magister>⁴. Gatellensis electus in animam suam et .O<doline>⁵. matris sue firmaverit iuramento, sicut apparet per litteras utriusque quas apud nos in testimonium reservamus. Miramur igitur et movemur quare super ipso matrimonio consumando moras ingerit et difficultates innectit, occasiones frivolas pretendendo cum rogati potius quam rogantes, prefatum consobrinum nostrum miserimus ad initiatum iam coniugium consumandum secundum formam quam dictus electus ex parte sua et matris sue nobis expressit, an forte putat nos adeo imprudentes ut sub ea condizione prefatum consobrinum nostrum in Sardiniam mitte-

103. ¹ Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

² «statum suum magis excedit quam distet oriens ab occasu», riferimento a: Salmi, 102, 12.

³ Cfr. doc. 89 nota 2 e soprattutto doc. 109.

⁴ Cfr. APPENDICE 1.

⁵ Madre di Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

remus si videlicet hoc coniugium placeret Pisanis?, aut dilectus filius nobilis vir .<Comita>⁶. iudex Turritanus terram suam dimitteret quam dicitur detinere?, an forsitan illum despicit quoniam in maiori pompa non venit?. Verum credimus illam nosse quod vix alius potuisset eum in maiori quam nos apparatu misisse sed iuxta consilium prefati electi fecimus eum certis personis et rebus esse contentum nec nos ad hoc traxit ipsius persone specialis necessitas set totius Sardinie utilitas generalis que pro certo speratur ex hoc coniugio proventura. Unde nos ipsam monuimus attentius et per apostolica scripta stricte precipiendo mandavimus ut omni occasione ac dilatione cessantibus initiatum coniugium tam libenter quam liberaliter consummare procuret, ut nos ad honorem et profectum suum hilariter et efficaciter intendamus auctoritate apostolica firmiter inhibentes ne cum alio contra proprium iuramentum et apostolicum interdictum presumat inire copulam coniugalem. Alioquin tam in ipsam quam in omnes fautores suos districte precipimus ecclesiasticam severius exerceri censuram, et si nec sic ad semitam veritatis poterit revocari faciemus tam in ipsam quam in illos mundanam exerceri vindictam, cum in eam ac terram suam et spiritualem et temporalem iurisdictionem nos constet habere, ut omnes intelligant et cognoscant quantum fuerit temerarium et absurdum nobis tam turpiter illudere voluisse. Quin etiam potest et debet non immerito formidare ne propter tam grandem et gravem offensam abiudicanda sit et terra quam tenet a nobis et alii concedenda secundum leges et consuetudines seculares, cum absque dubio multi sint qui terram ipsam a nobis sibi concessam libenter accipient et viriliter obtinebunt. Si vero, saniori ducta consilio fecerit quod mandamus, nos et feminee fragilitati parcemus et ad suum efficaciter intendemus commodum et honorem. Cum ergo durum sit ei contra stimulum calcitrare diligenter attendat, ne in eam se modo difficultatem inducat, de qua non facile postmodum valeat expediri, quia quod modo rogata facere potest, postmodum rogans facere non valebit. Iustum est enim ut cum qui potest non vult cum voluerit forte non possit. Noveritis etiam nos secundum prescriptam formam nobili mulieri .O<doline>. matri eius litteras apostolicas destinasse precipientes eidem quatinus nec impediat nec faciat impediri, quominus item prefatos consobrinum nostrum et natam suam initiatum coniugium consumetur.

⁶ Giudice di Torres, cfr. APPENDICE 2.

Quocirca universitati vestre per (apostolica) scripta mandamus et districte precipimus quatinus, si predictae mater et filia mandatum nostrum non curaverint adimplere, vos in eas et principales earum consiliarios et fautores, sub cuius contra et apostolica obedientia, excommunicationis sententiam proferatis, facientes eas per totam Sardiniam, pulsatis campanis et accensis candelis, singulis diebus dominicis et festivis sollempniter publicari, necnon et totam terram ipsarum subiciatis ecclesiastico interdicto, ita quod preter baptismum parvulorum et penitentias morientium, nullum in ea exhibeatur ecclesiasticum sacramentum aut divinum officium celebretur, mandatum apostolicum taliter impleturi quod apostolice Sedis iniuria vos tangere videatur monentes et inducentes ex parte nostra nobiles viri iudices .<Comita>. Turritanus, .<Wilelmus>⁷. Calaritanus et .<Hugo de Basso>⁸. Arborensis, ut tantam apostolice Sedis iniuriam sicut ligii Ecclesie Romane fideles studeant vindicare, temporaliter illas cogentes sicut possunt et debent ad mandatum apostolicum exequendum, ne forte si eorum in hac parte negligentiam cognoverimus illud de Sardinia statuamus quod qui noluerunt gustare dulcedinem libertatis sentiant amaritudinem servitutis et qui materiam pacis contempnunt causam afflictionis incurrant. Ecce quod faciendum est illis predicimus, ut si noluerint vitare futurum // non nobis sed sibi cum factum fuerit, valeant imputare.

Datum Ferentini .XVI. Kalendas septembris, anno nono.

*104

<post 1206 giugno 9 – ante 1206 ottobre 6>

<Biagio di Torres comunica a Innocenzo III di aver verificato che la parentela che unisce Preziosa di Massa, figlia del giudice di Cagliari, e Ugo de Bas, giudice di Arborea, è effettivamente stretta. Esprime anche un parere negativo sulla opportunità del progettato matrimonio tra i due>.

È necessario immaginare l'esistenza di questo documento sulla base dell'incarico che lo stesso Innocenzo aveva attribuito a Biagio di Torres il 9 giugno del 1206:

103. ⁷ Guglielmo di Massa, giudice di Cagliari, cfr. APPENDICE 2.

⁸ Ugo Ponç de Bas, giudice d'Arborea, cfr. APPENDICE 2.

doc. 98. Dal documento n° 115 si ricava che il pontefice aveva espressamente proibito che tale matrimonio si facesse. Per la datazione si deve tenere conto che le nozze avvennero il 6 ottobre 1206: se Innocenzo, nello scrivere a Ricco, lo rimprovera per aver permesso le nozze che lui stesso aveva proibito, si deve ritenere che la proibizione fosse stata espressa prima di questa data, perciò anche l'inchiesta e la relazione di Ricco devono essere avvenute prima. Per la data del matrimonio tra Preziosa di Massa e Ugo Ponç de Bas si veda Solmi, *Un nuovo documento*.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 152-154.

*105

<post 1206 giugno 9 – ante 1206 ottobre 6>

<Innocenzo III comunica a Ricco, arcivescovo di Cagliari che la parentela tra Preziosa di Massa, figlia del giudice di Cagliari Guglielmo, con Ugo de Bas, giudice di Arborea è troppo stretta e che, pertanto, il matrimonio tra i due non si può fare>.

L'esistenza di questo documento è testimoniata nel n° 115 dove il pontefice rimprovera l'arcivescovo di Cagliari per non aver impedito le nozze che lui stesso aveva proibito. Per la datazione si confronti quanto detto nel commento al doc. precedente.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 152-154.

*106

<post 1206 agosto 17 – ante 1207 gennaio 7>

<Informatori attendibili riferiscono ad Innocenzo III che Elena di Gallura ha sposato Lamberto Visconti anziché Trasmondo di Segni>.

L'esistenza di questa informativa a Innocenzo è ricavabile dalle iniziative successive di Innocenzo III, dalle quali risulta l'avvenuta scomunica di Elena e di sua madre nonché di Lamberto: cfr. numeri 113 e 115-116. Per la datazione si tenga conto che ancora al 17 agosto 1206 (doc. 103) il papa scriveva agli arcivescovi e vescovi dell'Isola affinché si tenessero pronti a comminare la scomunica a Elena e sua madre, mentre nel gennaio del 1207 (doc. 109) scrive al Comune di Genova affinché aiuti Trasmondo nella vicenda contro i Pisani, il matrimonio perciò è già avvenuto.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 145-151.

*107

<post 1206 agosto 17 – ante 1207 gennaio 7>

<Innocenzo III lancia la scomunica nei confronti di Elena di Gallura e di sua madre Odolina, nonché di Lamberto Visconti, e l'interdetto sulla Gallura. Probabilmente prende provvedimenti anche contro Pisa>.

L'esistenza di questi documenti di scomunica è ricavabile dalla lettura dei nn. 115 e 116, dove il pontefice dice chiaramente che sia Elena che sua madre devono continuare a rimanere scomunicate, mentre afferma di aver dato incarico al nuovo arcivescovo di Pisa di scioglierne Lamberto Visconti. Per i provvedimenti contro Pisa si cfr. il n° 113 dove risulta che ambasciatori pisani si erano recati presso la Sede apostolica per dar soddisfazione al pontefice riguardo al *factum Sardinie*. Per la datazione confronta quanto detto in commento al doc. precedente.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

*108

<ca. 1207 gennaio 7>

<Innocenzo III incarica il proprio cugino, Trasmondo, di recarsi al più presto a Genova per convincere il podestà e il consiglio del Comune ad aiutare la Sede apostolica nel punire i Pisani che hanno perpetrato gravi offese alla stessa Sede a proposito della Sardegna>.

L'esistenza di questo incarico dato a Trasmondo è attestata nel doc. 109 dove lo stesso pontefice, scrivendo al podestà e al consiglio del Comune di Genova, afferma di aver già dato mandato al cugino di recarsi al più presto a Genova per trattare della faccenda.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

109

1207 gennaio 7, Roma, S. Pietro

Innocenzo III chiede al podestà e al Comune di Genova di inviare una nave che trasporti in quella città il proprio cugino Trasmondo, al quale lo stesso pontefice ha già dato mandato di recarsi al più presto al fine di trattare delle operazioni congiunte tra la città e la Sede apostolica volte a punire i Pisani delle offese compiute ai danni della stessa Sede circa il *facto Sardinie*.

O r i g i n a l e [A]: ASGe, *Archivio Segreto, Materie politiche*, 2722, doc. 10.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-*108, *112-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 144-151.

E d i z i o n i : CDS, secolo XIII, doc. VII, pp. 308-309, con data errata al 1206.

R e g e s t i : LISCIANDRELLI, *Trattati e negoziazioni*, p. 42, n° 84.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis .<Iohanni>. Potestati¹ et consilio Ianuensis, salutem et apostolicam benedictionem. Quam graviter in multis offenderint nos Pisani presertim in facto Sardinie contra dilectum filium nobilem virum Trasmundum² consobrinum nostrum vestra sicut credimus discretio non ignorat. Sperantes autem quod vos erga personam nostram et Romanam ecclesiam fidem et devotionem non solum servare sed etiam ampliare velitis, prudentiam vestram rogamus attentius et monemus quatinus cum eidem consobрино nostro demus firmiter in mandatis ut ad civitatem vestram quantotius venire festinet, vos pro ipso ducendo oportunitate navigium destinatis quoniam ipso presente talia faciemus tractari vobiscum que vestro studio mediante ad honorem et profectum vestrum magnifice redundabunt.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, VII Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno nono.

*110

<ante 1207 maggio 16>

<La nobildonna B[...] scrive ad Innocenzo III raccontandogli le vicende della sua vita: del suo primo matrimonio, appena maggiorenne, con il giudice Pietro de Serra d'Arborea, dal quale aveva avuto il figlio Barisone, e del fatto che ella non aveva mai amato quell'uomo. Non solo, B[...] aveva successivamente scoperto che il giudice aveva sposato anche

109. ¹ Giovanni Strussio, podestà eletto nel 1206, l'anno successivo in Genova non vi saranno podestà: *Annali Genovesi*, anni 1206-1207.

² Cfr. anche doc. 89, nota 2 e 90-93 e 103.

un'altra donna, oltre ad aver avuto una relazione con una sua cugina prima del matrimonio contratto con la stessa B[...]. Pietro de Serra e B[...] si erano dunque separati legalmente, almeno secondo quanto riteneva la donna. Dopo due anni, B[...] aveva sposato un tale conte Ugo col quale aveva vissuto per 14 anni, avendone due figli. La donna chiede al pontefice che i due figli siano da lui dichiarati legittimi>.

L'esistenza di questa lettera è attestata nel doc. 111 dove Innocenzo III, incaricando Ubaldo arcivescovo di Pisa di risolvere la questione, afferma che era stato informato dei fatti con una petizione della stessa «nobilis mulieris».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 40 e 53.

111

1207 maggio 16, Laterano

<Innocenzo III>, dando seguito ad una petizione della nobildonna B[...], scrive all'arcivescovo di Pisa, <Ubaldo>, raccontandogli la vita della donna: del suo primo matrimonio, appena maggiorenne, con il giudice <Pietro de Serra> d'Arborea, dal quale aveva avuto il figlio <Barisone>, e del fatto che ella non aveva mai amato quell'uomo. Non solo, B[...] aveva successivamente scoperto che il giudice era già sposato con un'altra donna, oltre ad aver avuto una relazione con una di lei cugina prima del matrimonio contratto con la stessa B[...]. <Pietro de Serra> e B[...] si erano dunque separati legalmente, così almeno riteneva la donna. Dopo due anni, B[...] aveva sposato un tale conte Ugo col quale aveva vissuto per 14 anni, avendone due figli. La donna chiedeva al pontefice che i due figli fossero dichiarati legittimi. Il papa incarica <Ubaldo> di verificare come stessero effettivamente le cose: se il giudice avesse veramente sposato un'altra donna contemporaneamente a B[...]; se avesse avuto una relazione con una sua consanguinea; o, ancora, se il giudice fosse morto, allora <Ubaldo> avrebbe dovuto dichiarare legittimo il secondo matrimonio della donna e dichiarare legittimi i figli. In caso contrario il matrimonio sarebbe stato nullo ma i figli sarebbero comunque dovuti essere dichiarati legittimi dall'arcivescovo.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 7 a*, f. 15r, ep. 63. Sul margine destro del registro, in verticale, è ripetuto l'indirizzo.

Cfr. doc. *110. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 40 e 53.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. LXIII, coll. 1159-1160; CDS, I, XIII, doc. VIII.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 3106; SCANO, I, XXXIX.

.<Hubaldo>. Pisano archiepiscopo¹.

.B[...] ²nobilis mulieris oblata nobis petitio continebat quod, cum iam agens tempora pubertatis, ex patris imperio potius quam spontanea voluntate .<Petro de Serra>³. iudici Arborensi fuit matrimonio copulata, et licet ex eo unicum prolem suscepit ad ipsum tamen diligendum ut virum nec amicorum instantia nec consiliis propinquorum potuit animari. Cumque sic secum noluntaria permaneret intellexit quod quando acceperat ipsum in virum, aliam sibi matrimonio copulatam haberet. Asserebat etiam idem iudex quod quamdam consobrinam huius cognoverat ante matrimonium cum ipsa contractum, sicque factum est quod ad invicem diverterunt. Quod qualiter fuerit procuratum alio modo non novit nisi quod et tunc credidit et nunc credit quod rationaliter fuerit et canonice factum. Tandem ad domum paternam reversa et circa biennium absque ulla querela innumpta consistens, publice postmodum et sollempniter in facie ecclesie nobili viro Hugoni⁴ comiti nupsit, cum quo per annos XIII pacifice commorata duos suscepit filios ex eodem, quos humiliter petiit auctoritate apostolica pronuntiari legitimos pro eo quod bona fide in facie ecclesie iuncti fuerant vir et uxor et magno tempore absque contradictione aliqua simul fuerant commorati. Quocirca, fraternitati tue, per apostolica scripta mandamus quatinus inquisita diligentius veritate, si tibi constiterit quod prefatus iudex eo tempore quo cum prefata .B. contraxit aliam haberet uxorem, vel quod eius consanguineam antea carnaliter cognovisset, vel virum iam obisse priorem, prefatos virum et uxorem invicem reconcilies et facias eos mutuo semetipsos nuptiali honore ac maritali affectione tractare, set et filios quos taliter susceperunt legitimos reputari. Quod, si de predictis tribus articulis nichil tibi constiterit, quia tamen sepedicta mulier prefato viro in conspectu ecclesie sollempniter nupsit, et simul XIII annis coniuncti tamquam vir et uxor absque ulla contradictione bona fide manserunt, eorum

111. ¹ cfr. doc. 1 nota 1.

² Sulla presunta identificazione di questa B[...] con una (Giacco)Bina cfr. FARA, *De rebus*, p. 326 e BOSCOLO, *I conti di Capraia*, p. 22.

³ Pietro de Serra, giudice d'Arborea, cfr. APPENDICE 2.

⁴ Sulla presunta identificazione di questo Ugo con Ugo di Capraia si veda BOSCOLO, *I conti di Capraia*, p. 22.

filios nichilominus facias reputari legitimos et ad iura paterna vocari.

Datum Laterani .XVII. Kalendas Iunii, anno decimo.

*112

<ca. 1207 settembre 10>

<Gottifredo Visconti, Opizzo Cortevicchia e Ugo de' Grotti, come ambasciatori del Comune di Pisa, si recano presso la Sede apostolica per offrire un risarcimento al pontefice in seguito agli avvenimenti legati al *factum Sardinie* e al *factum Sicilie*>.

Che questa ambasciata sia avvenuta si ricava chiaramente dalla lettura del doc. 113, dove lo stesso pontefice, scrivendo al podestà e al popolo pisano per accordare loro il perdono subordinato ad alcune clausole, afferma di aver accolto benignamente i tre ambasciatori che si erano recati presso la Sede apostolica.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 151 e 158-159.

113

1207 settembre 10, Viterbo

<Innocenzo III>, a seguito di un'ambasciata presso la Sede apostolica di Gottifredo Visconti, Opizzo Cortevicchia e Ugo de' Grotti, rappresentanti del Comune di Pisa, con la quale offrivano di pagare il dovuto risarcimento alla stessa Sede per le offese arrecate in merito al *factum Sardinie* e al *factum Sicilie*, informa il podestà e il popolo pisano di aver deciso di perdonare la città, purché gli ambasciatori, per conto del Comune, firmino entro un mese l'impegno di obbligare – sotto pena del pagamento di cinquanta libbre d'argento di moneta pisana – Lamberto Visconti, che detiene il giudicato di Gallura ed ha sposato Elena senza il permesso del pontefice, a recarsi presso la Sede apostolica per rispondere del suo comportamento. Nel caso in cui Lamberto Visconti si rifiuti, il podestà sequestrerà a favore della Sede apostolica tutti i suoi beni. Gli ambasciatori si devono inoltre impegnare, assieme al podestà, in nome della città, a non arrecar danno e offese al re di Sicilia. Circa una non meglio specificata questione dell'arcivescovado, il pontefice afferma di non pretendere dal Comune alcun risarcimento.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 7 a*, ff. 25r-25v, ep. 117. L'indirizzo è riportato in verticale anche sul margine destro del registro.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112, *114-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 151 e 158-159.

E d i z i o n i : MIGNE, 215, CXVII, coll. 1215-1216; CDS, I, XIII, IX.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 3172, p. 270; SCANO, I, XL.

.<Gerardi>. *potestati et populo Pisanis*¹.

Accedentes ad apostolicam Sedem dilectos filios nobiles viros Gottifredum Vicecomitem, Opizum Corteveccle^a et Ugonem de Grotta², nuntios vestros viros providos et fideles, illa qua^b decuit benignitate recepimus et ea que nobis prudenter ex parte vestra proponere curaverunt nos quoque curavimus intelligere diligenter, grates Altissimo referentes quod progenitorum vestrorum inherentes vestigiis a devotione sacrosancte Romane Ecclesie matris vestre non intenditis deviare; satisfactionem vero quam nobis tam super facto Sardinie quam super facto Sicilie idem nuntii obtulerunt, et si non fuerit omnino perfecta, pro tempore tamen duximus acceptandam cum speremus quod beneplacito nostro per^c eos plenius intellecto perfectiorem nobis exhibere velitis ita ut gratia nostra circa vos nec minui debeat nec turbari. Verum, quia tunc coram nobis de archiepiscopatus vestri negotio agebatur, volentes non solum a malo sed etiam ab omni specie mali Sedem apostolicam abstinere, nullam ab eis super huiusmodi satisfactione volumus recipere cautionem quam et ipsi non de mandato vestro sed de suo arbitrio promittere se dicebant. Eam vero, per nostras vobis litteras intimamus ut et vos liberalitatis nostre gratiam acceptantes, tanto plenius nobis satisfacere procuratis quanto propensius a nobis intenditis exaudiri satagentes super hoc nobis vestrum infra mensem beneplacitum explicare, ut ex eo certius instruamur qualiter circa vos procedere debeamus. Tenor autem oblate satisfactionis est talis:

113. ^a MIGNE: Cortevecele ^b MIGNE: quia ^c MIGNE: pro

113. ¹ Il podestà è Gherardo Cortevecchia Gualandi, cfr. VOLPE, *Studi sulle istituzioni*, p. 351, cfr. anche doc. 116.

² Su Goffredo Visconti, a partire dall'anno successivo podestà, Opizzo Cortevecchia, Ugo Grotti: VOLPE, *Studi sulle istituzioni*, p. 356 e soprattutto 360; cfr. anche docc. 116 e 125.

«Nobiles viri Gottifredus Vicecomes, Opizus Corteveccle^d et Ugo de Grotta nuntii seu messatici Pisane civitatis promittunt domino pape sub pena quingentarum librarum Pisane monete, quod ipsi ita efficient cum potestate Pisana quod ipsa Pisana potestas precipiet per nuntium, vel litteras suas, Lamberto civi Pisano ut veniat ad apostolicam Sedem per se vel responsalem idoneum et se absolute committet mandatis domini pape super eo quod iudicatum Galluremsem sine licentia summi pontificis accepit et tenet et .<Helenam>³. dominam Galluremsem in uxorem accepit et super dampnis, iniuriis et expen//sis que Transmundus domini pape consobrinus propter hoc negotium est peressus, vel super premissis coram ipso domino papa iustitie plenitudinem exhibebit. Quod, si neutrum premissorum infra determinandum tempus dictus Lambertus ammonitus facere vellet, ex tunc predicta potestas de universis bonis que idem Lambertus nunc habet aut in posterum habebit in civitate Pisana et districtu suo faciet sine fraude mandatum domini pape. Insuper ita facient cum prefata potestate quod ipsa potestas pro communitate ipsius civitatis cavebit quod regem Sicilie non offendent». Hec autem promissio fiet domino pape ab ipsis nuntiis hoc tenore ut postquam sepedicta potestas cum consilio civitatis Pisane confitebitur ipsi domino pape per litteras sigillo communitatis signatas vel publica manu scriptas se ratum habere predicta et ad ea implenda que ipsi nuntii summo pontifici promiserunt se ac successores suos legitime obligabit idem nuntii a dicta promissione et a pena prescripta sint omnino liberi et soluti.

Datum Viterbii IIII Idus Septembris anno decimo.

*114

<ante 1207 ottobre 27>

<Informatori anonimi attendibili comunicano ad Innocenzo III che l'arcivescovo di Cagliari, Ricco, ha lasciato che Ugo de Bas e Preziosa di

113. ^d *MIGNE*: Cortevecele

113. ³ Elena di Gallura, cfr. APPENDICE 2.

Massa si sposassero nonostante il divieto papale, e che ha tolto la scomunica a Elena e Odolina di Gallura e a Lamberto Visconti>.

Questa notizia è ricavabile dalla lettura del n° 115.

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 151-154.

115

1207 ottobre 27, Corneto

<Innocenzo III> rimprovera duramente l'arcivescovo di Cagliari, <Ricco>, per aver lasciato che si consumasse il matrimonio – che lo stesso pontefice aveva proibito – tra <Preziosa>, figlia del giudice di Cagliari <Guglielmo di Massa>, e il giudice di Arborea, Ugo de Bas. Ordina perentoriamente all'arcivescovo di indurre i due giudici a sciogliere il matrimonio; gli ordina inoltre di rinnovare la scomunica contro <Elena> e <Odolina> di Gallura e contro Lamberto <Visconti> e l'interdetto sul giudicato gallurese. L'arcivescovo dovrà, infine, recarsi presso la Sede apostolica entro la successiva Pasqua per rispondere del suo comportamento al pontefice; in caso contrario dovrà ritenersi sospeso dall'ufficio.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 7 a*, f. 30v, ep. 143. Sul margine sinistro del registro, in verticale, è riportato l'indirizzo.

Cfr. docc. *97 e 98, nonché *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112-114, 116-*118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 151-154.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, LXXX, col. 1242; CDS, I, XIII, X.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 3205 p. 273; SCANO, I, XLI.

.<Ricco>. *Calaritano archiepiscopo*¹.

Illis es merito comparandus de quibus inquit propheta: canes muti sunt non valentes^a latrare², cum graves^b et grandes subditorum excessus non solum corrigere negligas sed etiam corrigere

115. ^a MIGNE: volentes ^b MIGNE: grave

115. ¹ Ricco, arcivescovo di Cagliari, cfr. APPENDICE 1.

² «canes muti sunt non valentes latrare»: Isaia, 56, 10.

pretermittis sicut ex eo colligitur evidenter quod incestuosam copulam a nobis inhibitam inter filiam marchionis de Massa et Hugonem de Basso conniventibus oculis contrahi permisisti. Sed et illis potes merito comparari de quibus veritas ait: vulpes foveas habent et volucres celi nidos³, cum dolositates exerceas sub specie honestatis sicut in negotio Gallurense comperimus te fecisse. Putabamus quidem oculum tuum simplicem esse⁴ nullam tenebrarum partem habentem, sed, quod dolentes referimus, angelus Sathane transfiguravit se in angelum lucis⁵ et sub ovina pelle lupina rabies se abscondit⁶. Licet autem sis immemor et ingratus dilectionis et gratie quam tibi studuimus exhibere, adhuc tamen experiri volentes utrum in te aliqua devotionis et obedientie scintilla remanserit, per apostolica tibi scripta districte precipiendo mandamus quatinus prefatos marchionem et Hugonem de Basso diligenter moneas et inducas ut prelibatam incestuosam copulam omnino dissolvant ac sententias excommunicationis et interdicti latas auctoritate nostra in dominas et terram Galluris necnon et Lambertum Pisanum sollempniter innoves et declares, teque usque ad festum resurrectionis Dominice proximo venturum⁷ apostolico conspectui representes. Alioquin ex tunc scias te ab officio pontificali suspensum.

Datum Corneti, VI Kalendas Novembris anno decimo.

116

1208 maggio 11, Laterano

Innocenzo III – dopo aver ricevuto da parte dei rappresentanti del Comune di Pisa la promessa di obbedienza alla Sede apostolica in merito alle questioni relative alla Sardegna e alla Sicilia – comunica al podestà, ai consiglieri e al popolo di Pisa di aver rinnovato al nuovo arcivescovo L<otario> i diritti dei quali la Chiesa pisana godeva, e di avergli anche dato mandato di sciogliere dalla scomunica il loro concittadino, L<amberto Visconti>. Viceversa, riconferma l'interdetto sulla Gallura e

115. ³ «vulpes foveas habent et volucres celi nidos»: Luca, 9, 58.

⁴ «oculum tuum simplicem esse»: si riferisce a: Matteo, 6, 22-23.

⁵ «angelus Sathane [...] lucis»: riferimento a S. Paolo, 2Corinti, 11, 14.

⁶ «sub ovina pelle lupina rabies se abscondit»: allude a Matteo, 7, 15.

⁷ Domenica 6 aprile 1208.

le sentenze di scomunica verso <Elena> di Gallura e sua madre <Odolina>, sinché non diano la dovuta soddisfazione alla Sede apostolica. Chiede inoltre che il Comune invii al più presto rappresentanti idonei al pagamento di un'adeguata indennità sulla questione della Sicilia e alla esibizione della dovuta riparazione per la questione della Sardegna.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat 7 a*, f. 58v, ep. 80. Sulla parte interna, destra, del registro è riportato l'indirizzo, in verticale.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112-115, 117, *118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 158-160.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, LXXX, col. 1396; CDS, I, XIII, XIII.

R e g e s t i : POTTHAST, I, 3410, p. 292.

*Potestati, consiliaris et populo Pisanis*¹.

Nec mater filiorum sui uteri oblivisci² nec pater offensus etiam non diligere filios suos potest, licet igitur in facto Sardinie ac Sicilie nos graviter offenderitis³ quia tamen paterna viscera circa vos exuere non valemus et dilecti filii comes Tedicus, Hugo Sigerii, Bandinus et Hugo Grotti³ nuntii vestri, viri iuri utique providi et fideles in eo quod ad vos pertinet super facto Sardinie nobis satisfacere promiserunt, sicut in confecto exinde instrumento publico continetur, de facto regni Sicilie nichilominus pollicentes quod nostrum beneplacitum impleatis devotionem vestram plurimum acceptantes de nostra gratia reddimus vos securos, et ad gratie plenioris indicium dignitates, immunitates et libertates quas Pisana Ecclesia temporibus predecessorum venerabilis fratris nostri .L.<otharii>⁴. archiepiscopi vestri noscitur habuisse duximus innovandas et ut idem archiepiscopus qui eis successit in ipsius regimine possit liberius illis uti privilegia, confirmationes et

116. ³ MIGNE: offenderitis

116. ¹ Il podestà era Goffredo Visconti, cfr. VOLPE, *Studi sulle istituzioni*, p. 358 e docc. 113 e 125.

² «nec mater filiorum sui uteri oblivisci»: Isaia 49, 15.

³ Su questi personaggi cfr. VOLPE, *Studi sulle istituzioni*, p. 360.

⁴ Cfr. EUBEL, I, p. 399, nonché ALBERZONI, *Innocenzo III e la riforma*. Per la sua morte cfr. RONZANI, *Pisa nell'età*, p. 137.

indulgentias universas eidem Ecclesie seu predecessoribus dicti archiepiscopi a predecessoribus nostris vel a nobis ipsis concessas, ipsi et eidem Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus⁵, dantes in mandatis eidem ut .L.<ambertum>⁶. concivem vestrum a vinculo excommunicationis absolvat ita quod uxor et socrus eius ac terra nichilominus earumdem in ea qua manent sententia perseverent donec ab eis nobis fuerit satisfactum. Monemus igitur universitatem vestram attentius et hortamur quatinus in devotione apostolice Sedis et nostra taliter persistatis quod diligendi vos et propentius honorandi animum nobis augere possitis ac interim ab omni prorsus regni Sicilie lesione cessantes viros ad nos idoneos destinetis qui super indempnitate ipsius regni congruam nobis cautionem impendant, ita quod nec per Commune, nec per speciale in posterum offendantur a vobis et satisfactionem exhibeant super facto Sardinie repromissam. Nos enim plenam iustitiam exhibebimus^b si quis vestrum adversus regnum ipsum quidquam habuerit questionis.

Datum Laterani V Idus Maii, anno XI.

117

<1208, maggio 11, Laterano>

<Innocenzo III> scrive all'arcivescovo di Pisa, L<otario>, comunicandogli di aver rinnovato a lui e alla Chiesa pisana i privilegi e i diritti dei quali la stessa sede pisana godeva.

C o p i a d i r e g i s t r o [R]: ASV, *Reg. Vat. 7 a*, 58v, ep. 81. Sul margine sinistro del registro, in verticale, è riportato l'indirizzo.

Cfr. docc. *34, 36, 37, *42, *43, 46-49, 51, 52, *79, *80, *83-*87, 89-*94, 96, *101-103, *106-109, *112-116, *118. Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 158-160.

E d i z i o n i : MIGNE, 215, LXXXI, col. 1397.

116. ^b *MIGNE*: exhibemus

116. ⁵ Cfr. doc. 1.

⁶ Lamberto Visconti, aveva sposato Elena di Gallura al posto di Trasmondo di Segni.

<Lothario> Pisano archiepiscopo¹.

Grata civitatis Ecclesieque Pisanarum servitia iam dudum apostolice Sedi exhibita meruerunt quod eas privilegiis multis et magnis studuit decorare. Nos, igitur, qui devotis eidem sedi beneficia minuere non intendimus sed augere, predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, dignitates, immunitates et libertates quas Ecclesia tua temporibus predecessorum tuorum noscitur habuisse duximus innovandas et, ut tu qui eis in ipsius regimine successisti possis liberius illis uti privilegia, confirmationes et indulgentias universas eidem Ecclesie seu predecessoribus tuis a predecessoribus nostris vel a nobis ipsis concessas tibi ac per te ipsi Ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et per s(criptum) p(resentem) co(ncedimus)^a. Nulli ergo *etcetera*^b nostre confirmationis *etcetera*, si quis autem *etcetera*².

Datum *ut in alia*.

*118

<1208 maggio 11, Laterano, contemporanea a 94>

<Innocenzo III incarica l'arcivescovo di Pisa, Lotario, di sciogliere dalla scomunica Lamberto Visconti>.

L'esistenza di questo documento è ricavabile dalla lettura del n° 116, dove Innocenzo, comunicando al podestà, ai consiglieri e al popolo di Pisa di aver deciso di rinnovare al nuovo arcivescovo Lotario i diritti della Chiesa pisana in Sardegna, afferma di avergli anche dato mandato «ut .L.<ambertum>. [...] a vinculo excommunicationis absolvat».

Cfr. Introduzione testo corrispondente alle note: 158-160.

117. ^a *MIGNE*: praesentis scripti patrocinio communimus ^b *Manca in MIGNE*.

117. ¹ Cfr. Eubel, I, p. 399 e *supra* doc. precedente nota 4.

² Cfr. doc. 1.

*119

<ante 1208 luglio 25>

<Biagio, arcivescovo di Torres, informa Innocenzo III dei risultati dell'inchiesta che lo stesso pontefice gli aveva commissionato a proposito del pagamento del censo alla Sede apostolica da parte dei monaci cassinesi di S. Maria di Thergu.>

L'esistenza di questa lettera è giustificata dai docc. 100 e 120: nel primo Innocenzo incarica Biagio di verificare se sia vero che il monastero di S. Maria di Thergu sia sempre stato esente dal pagamento del censo alla Sede apostolica, nel secondo il papa conferma l'esenzione all'abate per tutta la durata del proprio pontificato. Probabilmente, dunque, Biagio conferma al pontefice che il monastero è finora stato esente dal pagamento del censo, così come affermato dai monaci

Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

120

1208 luglio 25, S. Germano

Innocenzo III, dopo aver compiuto una visita presso il monastero di Montecassino, informa l'abate R<offredo> di aver verificato che troppi beni del monastero erano stati alienati, lo esorta a recuperare tutti i beni che sono stati indebitamente ceduti; gli comunica inoltre di aver deciso, accondiscendendo alle sue richieste, di esentare il monastero cassinese di S. Maria di Thergu dal pagamento del censo dovuto alla Sede apostolica, per tutta la durata del proprio pontificato.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CCLXXXI, coll. 1593-1594; SABA, *L'abbazia di Montecassino*, doc. XLI, pp 210-211 (edizione parziale). Si riporta qui l'edizione di Saba.

Cfr. *119 e anche *67-69, *99-100. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

R e g e s t i : POTTHAST, I, n. 3471, p. 298; LECCISOTTI, I, n° 40, p. 131.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis R<offredo>¹ tituli sanctorum Marcellini et Petri Presbitero cardinali abbatum et conventui Casinensi salutem et apostolicam bene-

120. ¹ Cfr. doc. 100, nota 2, nonché doc. 121.

dictionem^a. Licet ex apostolice servitutis officio, quo generaliter sumus^b sapientibus et insipientibus debitores de universis ecclesiis curam et sollicitudinem gerere teneamur, ad monasterium tamen vestrum eo propentius nos^c convenit aciem nostre provisionis extendere, quo specialius^d juris et proprietatis apostolice Sedis existit, cum non alium supra se quam Romanum habere pontificem dignoscatur. Sane cum ad idem monasterium visitationis gratia venissemus, investigato de statu eius in interioribus et exterioribus diligenter, ab hospitali, vestario, sacristia, infirmitorio, et cellario multa minus licite alienata comperimus de quorum^e subtractione prelibata officia detrimentum multiplex sustinebant. Volentes igitur indepnitibus monasterii memorati paterna sollicitudine precavere, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus et districte precipimus quatinus universa que ab officiis ipsis minus licite alienata noscuntur ad ea curetis integrum^f revocare illorum quibus deputata sunt usibus omnimodis profutura, auctoritate apostolica statuentes, ut nec tu, fili abbas nec tuorum quilibet successorum quicquid^g de hiis que taliter revocabitis, seu illis que impresentiarum a prefatis officiis^h possidentur, alienare, distrahere vel concedere presumatis, salvo semper in omnibus apostolice Sedis mandato *etc.*

Preterea supplicationibus vestris grato condescendentes assensu, redditum duarum librarum argenti, quemⁱ apostolice Sedi debitum^j venerabilis pater noster Blasius Turritanus archiepiscopus² a sancte Marie de Thergo³ ecclesia^k exigebat vobis in vita nostra donamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre jussionis, constitutionis, concessionis et donationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum apud sanctum Germanum .VIII. Kalendas Augusti pontificatus nostri anno undecimo. Matheus sancte Cecilie^l.

120. ^a *Manca in MIGNE.* ^b *MIGNE: summa* ^c *MIGNE: non* ^d *MIGNE: speciali-*
^e *bus* ^e *MIGNE: de qua* ^f *MIGNE: in integrum* ^g *Manca in MIGNE* ^h *MIGNE:*
ⁱ *prefata officia* ⁱ *MIGNE: quas* ⁱ *Manca in MIGNE.* ^k *In MIGNE: ab ecclesia Sante*
^l *Marie de Teugo* ^l *Manca in MIGNE.*

² Biagio, arcivescovo di Torres, cfr. APPENDICE 1.

³ Santa Maria di Tergu, nel giudicato di Torres, diocesi d'Ampurias.

121

1208 luglio 25, S. Germano

Innocenzo III conferma all'abbazia di Montecassino il possesso di tutti i suoi beni, compresi i monasteri in Sardegna: S. Maria di Tergu, S. Elia di Monte Santo, S. Eliseo, S. Maria *de Sabucclo*, S. Maria di Torralba, S. Maria di Taniga, S. Pietro *de Tricingle*, S. Nicola e S. Maria *in Soliu*, S. Nicola *de Talasa*, S. Michele *in Ferrucesi*, S. Giorgio *in Ticillo*, S. Pietro *de Simbranos*, S. Pietro di Nurki, S. Nicola di Nulvi, S. Giovanni e S. Elia di Sedini.

E d i z i o n i : MIGNE, vol. 215, doc. CCLXXXII, coll. 1594-1600; SABA, *L'abbazia di Montecassino*, doc. XLII, pp. 211-213 (edizione parziale). Si riporta qui l'edizione di Saba.

Cfr. anche docc. *67-69, *99, 100, *119, 120. Cfr. Introduzione testo corrispondente alla nota: 39.

R e g e s t i : POTTHAST, I, n. 3470, p. 298; LECCISOTTI, I, n° 8, pp. 10-11.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Rofrido¹ abbati Monasterii Sancti Benedicti Casinensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum^a.

